feu qui ne s'allume point *et* il sera laissé dans sa tente, *pénétré* d'affliction.

27. Les cieux révéleront son iniquité, et la terre s'élèvera contre lui.

28. Les enfants de sa maison seront exposés à la violence. Ils seront retranchés *du monde* au jour de la fureur de Dieu.

29. C'est là le partage que Dieu réserve à l'impie, et l'héritage qu'il recevra du Seigneur pour ses paroles.

qui non succenditur; affligetur relictus in tabernaculo suo.

27. Revelabunt cœli iniquitatem ejus, et terra consurget adversus eum.

28. Apertum erit germen domus illius, detrahetur in die furoris Dei.

29. Hæc est pars hominis impii a Deo, et hæreditas verborum ejus a Domino.

CHAPITRE XXI.

Réponse de Job au deuxième discours de Sophar.

1. Job répondit ensuite, *et* dit :
2. Ecoutez, je vous prie, mes paroles, et changez de conduite.
3. Souffrez que je parle; et après cela moquez-vous, si vous voulez, de ce que je dis.
4. Est-ce avec un homme que j'ai à disputer, pour que je n'aie pas lieu de m'affliger?

5. Jetez les yeux sur moi, et vous serez frappés d'étonnement, et vous mettrez le doigt sur votre bouche.
6. Pour moi, quand je me souviens, je suis épouvanté et je tremble de tout le corps.

7. Pourquoi donc les impies vivent-ils? Pourquoi sont-ils *si* élevés et *si* remplis de richesses?

8. Ils voient leur race fleurir et se conserver devant leurs yeux; ils sont environnés d'une multitude de parents et de leurs petits-enfants.

1. Respondens autem Job, dixit :
2. Audite, quæso, sermones meos, et agite pœnitentiam.
3. Sustinete me, et ego loquar, et post mea, si videbitur, verba ridete.
4. Numquid contra hominem disputatio mea est, ut merito non debeam contristari?
5. Attendite me, et obstupescite, et superponite digitum ori vestro;

6. Et ego quando recordatus fuero, pertimesco, et concutit carnem meam tremor.
7. *a* Quare ergo impii vivunt, sublevati sunt, confortatique divitiis. [a *Jer.* 12. 1. *Habac.* 1. 13.]
8. Semen eorum permanet coram eis; propinquorum turba et nepotum in conspectu eorum.

CAP. XXI. — 2. *Agite pœnitentiam.* Changez de conduite et de manière de voir. Vous vous obstinez à me croire coupable, sous prétexte que Dieu est trop juste pour punir un innocent. Je ne puis donc, à votre sens, affirmer mon innocence sans contredire la justice de Dieu. Ce n'est donc pas avec un homme qu'il a affaire, mais c'est avec Dieu lui-même. C'est ce qui fait trembler Job. Quand il se rappelle son passé et qu'il voit son état présent, il se sent en présence d'un problème profond, et il voudrait du moins que ses adversaires en comprissent la gravité, et qu'ils s'impossassent silence pour y réfléchir avec plus de maturité.

7. *Quare ergo impii vivunt.* Les amis de Job ont tout fait, à plusieurs reprises, le tableau des peines qui frappent l'impie. S'il y a des méchants qui sont punis de leurs forfaits dès ici-bas, il y en a d'autres, au contraire, qui sont dans la prospérité. Job fait le tableau de ces heureux du siècle à qui tout réussit.

---

infernus est ignis. Sanchez intelligit de igne vibrato e cœlo. — *Relictus in tabernaculo suo.* Filius aut nepos impio patri superstes. Vel sensus est : conjectus in locum supplicii, et in eo desertus a Deo.

27. *Revelabunt.* Armabitur crea tura contra impium, atque illius iniquitatem suo testimonio prodet.

28. *Germen domus illius.* Malis exposita ejus posteritas. — *Detrahetur.* Auferetur, defuet, perdetur.

29. *Pars hominis.* Id quod impius a Deo timere potest et debet. — *Et hæreditas.* Est usitata repetitio prioris hemistichii. — *Verborum.* Operum.

CAP. XXI. — 2. *Agite pœnitentiam.* Mutate mentem, aliud jam sentite quam hactenus senseritis, pœnitet vos et pudeat pristini erroris.

3. *Sustinete.* Expectate, patienter audite.

4. *Numquid contra hominem.* Sententia esse videtur : merito vos attentos esse cupio, quia de re magna agitur, nimirum de divina providentia, de impiorum suppliciis, de piorum erumnis; nec cum homine disputo, sed cum Deo. "Id est, non est mihi quæstio de offensione, vel inimicitia hominum, quam parvipenderem, sed de offensa Dei, quam si incurrissem merito contristarer et angerer. — *Ut merito non debeam contristari!* Proprie ex hebræo, *cur non abbreviabitur*, vel *avcabitur spiritus meus!* LXX, *cur non irascar?* id est, cur non patiar angustias, mœrorem aperiam, et parum docilibus amicis vehementius respondeam! " Vel sensus est : cur Deus non statim vitam mihi adimit, si nempe, ita ut vos dicitis, nec malum evenit sine culpa, nec culpa ulla manet impunita!

6. *Recordatus fuero.* Ejus quod dicturus sum. — *Pertimesco.* Stupore defigor et horreo.

7. *Quare ergo impii vivunt.* Si, ut vos asseritis, hujus vitæ ærumnæ in scelerum vindictam immittuntur.

8. *Semen eorum.* Filii eorum. — *Permanet...* Vivunt, et incolumes sunt.

9. Domus eorum securæ sunt et pacatæ, et non est virga Dei super illos.
10. Bos eorum concepit, et non abortivit : vacca peperit, et non est privata fœtu suo.
11. Egrediuntur quasi greges parvuli eorum, et infantes eorum exultant lusibus.
12. Tenent tympanum, et cytharam, et gaudent ad sonitum organi.

13. Ducunt in bonis dies suos, et in puncto ad inferna descendunt.
14. Qui dixerunt Deo : Recede a nobis, et scientiam viarum tuarum nolumus.
15. *a* Quis est Omnipotens ut serviamus ei? et quid nobis prodest si oraverimus illum? [a *Malac.* 3. 14.]
16. Verumtamen quia non sunt in manu eorum bona sua, consilium impiorum longe sit a me.
17. Quoties lucerna impiorum extinguetur, et superveniet eis inundatio, et dolores dividet furoris sui!

18. Erunt sicut paleæ ante faciem venti, et sicut favilla quam turbo dispergit.

19. Deus servabit filiis illius dolorem patris; et cum reddiderit, tunc sciet.

20. Videbunt oculi ejus interfectionem suam, et de furore Omnipotentis bibet.

9. Leurs maisons jouissent d'une profonde paix, et la verge de Dieu ne les touche point.
10. Leurs vaches conçoivent et conservent leurs fruits, elles s'en déchargent sans avorter jamais.

11. On voit sortir, comme des troupeaux, leurs enfants, qui dansent *et* sautent en se jouant.

12. Ils ont la harpe et les timbales à la main; et ils se divertissent au son des instruments de musique.
13. Ils passent leurs jours dans les plaisirs; et en un moment ils descendent dans le tombeau.
14. *Cependant* ils ont dit à Dieu : Retirez-vous de nous; nous ne voulons point connaître vos voies.
15. Qui est le Tout-Puissant, pour nous obliger à le servir? et quel est le bien qui nous reviendra quand nous le prierons?
16. Mais que les pensées de ces impies soient bien loin de moi, puisque les biens dont ils jouissent ne sont point en leur puissance.
17. Combien de fois voyons-nous que la lumière des impies s'éteint! et *alors* il leur survient un déluge *de maux, Dieu les* accable de douleurs, et il leur distribue les effets de sa fureur.
18. Ils deviennent comme la paille que le vent dissipe, et comme la poussière qui est enlevée par un tourbillon.
19. Dieu fera porter aux enfants la peine du père; et lorsqu'il lui rendra *ainsi ce qu'il mérite*, alors il comprendra.
20. *L'impie* verra de ses propres yeux sa ruine entière, et il boira de la fureur du Tout-Puissant.

13. *In puncto ad inferna descendunt.* Dans l'état de souffrance où est Job, il regarde une mort subite comme un bienfait. Les impies, qui n'ont aucun souci de la vie future, estiment aussi comme un avantage de sortir de ce monde sans douleurs, sans agonie. Dans l'ordre surnaturel, c'est un malheur de sortir de ce monde sans avoir le temps de se préparer à paraître devant Dieu. Mais Job, répondant à ses amis qui voulaient circonscrire l'action de la justice divine dans la vie présente, ne devait pas se placer ici à ce point de vue.

16. *Consilium impiorum longe sit a me.* Job ne porte pas pour cela envie à la prospérité des méchants, parce qu'il sait qu'elle n'est que passagère. Il ne nie pas qu'un grand nombre d'entre eux ne soient malheureux, et il fait le tableau de leur misère. Mais il soutient que par la même que leur sort est divers, il n'y a pas lieu d'établir la doctrine de ses contradicteurs, qui veulent que la justice de Dieu ait lieu en ce monde. Au contraire, cette justice est voilée, et le bon et le méchant sont également soumis ici-bas à la loi générale de la souffrance; c'est le sens des versets 23-26.

---

9. *Virga Dei.* Divinitus illatum flagellum.

11. *Egrediuntur.* Infantes eorum et pueruli circum domos lusitant et lasciviunt, sani, vegeti, hilares.

12. *Organi.* Musici alicujus instrumenti.

13. *In puncto ad inferna descendunt*, LXX, *in requie;* quasi dicat : Cito, et sine dolore, prius vitam absolvunt quam se in morbum, aut vitæ discrimen incidisse cognoscant. Infernus hoc loco ad litteram sepulcrum significat.

14. *Qui dixerunt Deo.* Est impii periphrasis. — *Recede a nobis.* Conantur enim impii exercere animo omnem salutarem cogitationem, et omne cum divinis rebus commercium, quasi fastidientes divinam præsentiam. — *Scientiam viarum tuarum.* Nolunt enim experiri qualis sit divinæ legis via.

16. *Non sunt in manu eorum bona sua.* Quia scilicet nec perpetua est eorum felicitas, nec in illorum arbitrio posita. — *Consilium.* Agendi modus quo se et rationes suas dirigunt.

17. *Quoties lucerna impiorum extinguetur?* Videtur respondere interrogationi n. 7 propositæ, *quare impii vivunt, etc.?* Respondet enim illis brevem hanc felicitatem indulgeri, æternum quærentes, quasi dicat : Quam frequenter et quam facile videmus felicitatem impiorum infelici et deprecanda morte obscurari! — *Inundatio.* Malorum. — *Dividet.* Deus pœnas cuique pro meritis tribuens.

19. *Servabit filiis illius dolorem patris.* Ærumnæ enim parentum in filios redundant, et filii multa patiuntur propter patrum scelera. Sic propter Salomonis peccata ejus filii et nepotes majori regni Israelitici parte caruerunt. — *Cum reddiderit.* Cum Deus merito supplicio peccatores affecerit, filios impii, v. g., immaturæ morti tradendo, parente superstite. — *Tunc sciet.* Tunc peccator intelliget gravitatem sceleris, et divinam providentiam res humanas non negligere.

20. *Interfectionem.* Interitum familiæ suæ. — *De furore Omnipotentis bibet.* De calice, imo de torrente divinæ indignationis.

21. Car que lui importe après sa mort ce que deviendra sa maison? Et quand Dieu retranchera par la moitié le nombre des années.

22. Qui entreprendra d'enseigner à Dieu quelque chose, lui qui est le juge des *plus* grands, *et des plus puissants?*

23. *Car* tel homme, *par exemple*, meurt étant fort de corps, sain, riche, heureux,

24. Dont les entrailles sont chargées de graisse, et les os *comme* arrosés de moëlle.

25. Un autre meurt dans l'amertume de son âme, sans jouir d'aucun bien.

26. Et néanmoins ils dormiront tous deux dans la poussière, ils seront tous deux mangés des vers.

27. Je connais bien vos pensées et les jugements injustes que vous faites de moi,

28. Car vous dites : Qu'est donc devenue la maison de ce prince? et où sont maintenant les tentes des impies?

29. *Mais* consultez le premier que vous trouverez dans votre chemin, et vous verrez qu'il connaît

30. Que le méchant est réservé pour le moment où il doit périr, et que Dieu le conduira jusqu'au jour où il doit répandre sur lui sa fureur.

31. Qui le reprendra en sa présence de ses voies? et qui lui rendra le mal qu'il a fait?

32. On le conduira au tombeau; et il veillera sur l'assemblée des morts.

33. Sa présence a été agréable sur le rivage

21. Quid enim ad eum pertinet de domo sua post se, et si numerus mensium ejus dimidietur?

22. Numquid Deum docebit quispiam scientiam, qui excelsos judicat?

23. Iste moritur robustus et sanus, dives et felix.

24. Viscera ejus plena sunt adipe, et medullis ossa illius irrigantur :

25. Alius vero moritur in amaritudine animæ absque ullis opibus.

26. Et tamen simul in pulvere dormient, et vermes operient eos.

27. Certe novi cogitationes vestras, et sententias contra me iniquas.

28. Dicitis enim : Ubi est domus principis, et ubi tabernacula impiorum?

29. Interrogate quemlibet de viatoribus, et hæc eadem illum intelligere cognoscetis.

30. Quia in diem perditionis servatur malus, et ad diem furoris ducetur.

31. Quis arguet coram eo viam ejus? et quæ fecit, quis reddet illi?

32. Ipse ad sepulcra ducetur, et in congerie mortuorum vigilabit.

33. Dulcis fuit glareis Cocyti, et post

29. *Interrogate quemlibet de viatoribus*. La vie étant souvent comparée à un voyage, par ce voyageur on peut entendre toute espèce d'hommes qui a observé ce qui se passe dans le monde qu'il a parcouru. Job remarque que souvent le méchant favorisé de la fortune, jouit ici-bas de tous les honneurs. Après sa mort on lui fait de magnifiques funérailles, on lui élève des statues, et il règne encore parmi les morts.

33. *Dulcis fuit glareis Cocyti*. Le mot hébreu peut signifier *vallée* et *torrent*, et cette idée de *torrent* a pu amener dans la Vulgate celle de *Cocyte*. C'est une expression poétique qui désigne l'enfer. Le Cocyte est un des fleuves fabuleux qui arrosent l'enfer, selon l'opinion des poëtes.

21. *Quid enim ad eum pertinet*. Sententia est : Deum graviter aliquando etiam in hac vita punire peccatores morte filiorum, etc., quia si post eorum mortem mala illis evenirent, non inde cruciarentur, cum naturaliter domus suæ statum cognoscere non possint. — *Si numerus mensium ejus dimidietur*. Si Deus tempus vitæ filiorum ejus dimidiet aut brevius faciat.

22. *Scientiam*. Qua sellicet ratione mundum gubernare debeat, sontes in hac aut in futura vita plectere. — *Excelsos*. Potentes et sapientes.

23. *Robustus et sanus*. Bona valetudine per totam vitam usus.

25. *Amaritudine animæ*. Multis molestiis vexatus.

26. *In pulvere dormient*. Jacebunt in sepulcro. Ex dictis quatuor hisce versiculis videtur Job velle colligere veram non esse amicorum sententiam, qui putabant scrumnas, quæ hominibus in hac vita contingunt, necessarium esse argumentum sceleratæ vitæ ejus qui malis illis vexatur.

2. *Novi cogitationes vestras*. Animadverto vos dictis meis non assentiri. — *Et sententias contra me iniquas*. Video vos de me male sentire, et in opinione vestra hærere, et quæ universim contra impios disseritis, de me dicere.

28. *Principis*. Iniqui, quasi dicat, Jobi.

29. *Interrogate quemlibet de viatoribus*. Viatores il esse videntur qui multas lustrarunt regiones, multamque peregrinando experientiam collegerunt : ita Vatabl., Eugubinus, Clarius, Dionysius, Cajetanus, Titelman., quasi dicat : Sapientes interrogate, ex eis rei quam assero veritatem cognoscetis. Alii viatoris nomine vulgarem quemlibet intelligunt, quasi dicat : Res est notissima et exploratissima. Italice dicerotus : *Quanti passano por la strada ne sono informati*. Ita Philippus in Catena, et ex recentioribus Sanchez.

30. *Quia in diem perditionis*. Etiamsi prospere agere videatur impius, tamen illum suo tempore pœna manet æterna. — *Ducetur*. Digno supplicio afficiendus.

31. *Coram eo*. Ipso vivente. — *Viam ejus*. Perditos ejus mores. — *Quis reddet*. Quis audet aut potest punire, cum sit dives aut potens?

32. *Ad sepulcra ducetur*. Ingenti propinquorum, amicorum, clientium turba comitatus. — *In congerie mortuorum vigilabit*. Nobili sepulcro inclusus, epitaphio laudatus, addita etiam fortasse tantum non viva ac spirante defuncti statua marmorea aut ærea, quæ omnia defunctorum memoriam intercidere non patiuntur, et cum extincti sint, eos tamen viventes et vigilantes nobis exhibent. * Vel sensus est : inter mortuos vivet in inferno.

33. *Dulcis fuit glareis Cocyti*. Tartareus inferni sinus non gravate illum excipiet, quasi complexus suo dignum. * In hebræo est, *dulcescunt ei cæspites vallis*. Sepulcra in vallibus

se omnem hominem trahet, et ante se innumerabiles.

34. Quomodo igitur consolamini me frustra, cum responsio vestra repugnare ostensa sit veritati?

du Cocyte, *car* un nombre innombrable de personnes marchaient devant lui; et il était suivi d'une multitude infinie d'hommes.

34. Comment donc voulez-vous me donner une vaine consolation, puisque j'ai fait voir que ce que vous dites est contraire à la vérité?

CHAPITRE XXII.

Troisième discours d'Eliphaz.

1. Respondens autem Eliphaz Themanites, dixit :

2. Numquid Deo potest comparari homo, etiam cum perfectæ fuerit scientiæ?

3. Quid prodest Deo si justus fueris? aut quid ei confers, si immaculata fuerit via tua?

4. Numquid timens arguet te, et veniet tecum in judicium,

5. Et non propter malitiam tuam plurimam, et infinitas iniquitates tuas?

6. Abstulisti enim pignus fratrum tuorum sine causa, et nudos spoliasti vestibus.

7. Aquam lasso non dedisti, et esurienti subtraxisti panem.

8. In fortitudine brachii tui possidebas terram, et potentissimus obtinebas eam.

9. Viduas dimisisti vacuas, et lacertos pupillorum comminuisti.

10. Propterea circumdatus es laqueis, et conturbat te formido subita.

11. Et putabas te tenebras non visurum, et impetu aquarum inundantium non oppressum iri?

1. Eliphaz de Théman, prenant la parole, dit :

2. L'homme peut-il être comparé à Dieu, quand même il aurait une science consommée?

3. Que sert à Dieu que vous soyez juste? ou que lui donnerez-vous, quand votre conduite sera sans tache?

4. Vous craindra-t-il, lorsqu'il vous accusera? et lorsqu'il viendra pour vous juger?

5. Et ne trouvera-t-il pas plutôt en vous des dérèglements très-grands, et une infinité d'actions injustes?

6. Car vous avez enlevé sans raison des gages à vos frères; et vous avez dépouillé de leurs vêtements ceux qui étaient nus.

7. Vous avez refusé de l'eau à celui qui était abattu de lassitude, et du pain à celui qui souffrait la faim.

8. Vous vous êtes mis en possession de la terre par la force de votre bras; et vous vous la conserviez, comme étant le plus puissant.

9. Vous avez renvoyé la veuve les mains vides; et vous avez détruit l'appui des orphelins.

10. C'est pour cela que vous vous trouvez environné de piéges, et frappé tout d'un coup de trouble et de crainte.

11. Et vous vous imaginiez ne devoir point tomber dans les ténèbres, ni être accablé par un impétueux débordement d'eaux.

CAP. XXII. — 1. *Respondens autem Eliphaz*. Ici commence le troisième acte du drame. Les trois amis de Job ont prononcé chacun deux discours; Job leur a répondu successivement. Eliphaz de Théman, leur chef, reprend une troisième attaque. Au lieu de se tenir, comme auparavant, dans le vague, il précise cette fois ses accusations, et désigne les fautes que Job a commises.

6. *Abstulisti enim pignus fratrum*. Les premières fautes qu'Eliphaz reproche à Job sont des injustices ou des cruautés. Il l'accuse d'avoir manqué à ses devoirs envers le prochain, soit en violant la justice, soit en manquant de charité. Il lui reproche d'avoir été un mauvais riche, d'avoir abusé de sa fortune pour opprimer les autres.

esse solebant. Ibi placida compositus pace quiescit. — *Post se*. Sermo esse videtur de pompa funeris, multisque ante et post feretrum comitantibus defunctum. Vel sensus est : omnes eum suo ordine sequentur.

34. *Frustra*. LXX, *inaniter*.

CAP. XXII. — 3. *Quid prodest Deo*. Nihil in Deum redundat utilitatis aut voluptatis, si, justus cum sis, crucieris malis.

4. *Numquid timens*. Si te vexat, non propterea vexat quod aut utilitatem inde capiat, aut fructum, aut quod aliquod sibi timeat incommodum si faciat. Tota ergo ratio ex illius justitia et peccatis tuis petenda est.

6. *Abstulisti enim pignus*. Pauperes vexans, et ab illis exigens quod solvere non poterant. — *Nudos*. Egentes, inopes.

7. *Aquam*. Nec potum, nec cibum pauperi dedisti.

8. *In fortitudine*. Tyrannice dominabaris. — *Potentissimus*. Violentus, et in subditos injurias et injustitias.

9. *Vacuas*. Omnibus vitæ subsidiis spoliatas. — *Lacertos*. Omnem opem subtraxisti, omne auxilium, facultates omnes.

10. *Circumdatus es laqueis*. Nullum tibi patet effugium a malis quibus premeris. — *Conturbat te formido*. Cum enim gravia sint quæ pateris, adhuc tamen graviorum expectatione conturbaris.

11. *Et putabas*. Cum inique ageres, existimabas tibi omnia belle processura, nec impendentem Dei manum vindicem formidabas.

12. Vous pensez sans doute que Dieu est plus élevé que le ciel, et qu'il est beaucoup au-dessus des astres.

13. Et vous dites : Que peut connaître *Dieu de si loin ?* Il juge comme au travers d'un voile.

14. Il est environné d'un nuage; il ne considère point ce qui se passe parmi nous : il se promène dans le ciel d'un pôle à l'autre.

15. Voulez-vous suivre la route des siècles, *et marcher sur* les traces de ces impies,

16. Qui ont été emportés par une mort précipitée, et que le déluge a renversés jusqu'aux fondements :

17. Qui disaient à Dieu : Retirez-vous de nous; et qui s'imaginaient que le Tout-Puissant ne pouvait rien :

18. Quoique ce fût lui qui eût comblé leurs maisons de biens ? Que ces pensées *des impies* soient bien loin de moi.

19. Les justes les verront *périr*, et ils s'en réjouiront, et l'innocent leur insultera.

20. Ce qu'ils avaient élevé n'a-t-il pas été détruit, et le feu n'en a-t-il pas dévoré les restes ?

21. Soumettez-vous donc à Dieu, et demeurez en paix, vous vous trouverez comblé de biens.

22. Recevez la loi de sa bouche, et gravez ses paroles dans votre cœur.

23. Si vous retournez au Tout-Puissant, vous serez rétabli de nouveau, et vous bannirez de votre maison l'iniquité.

24. Il vous donnera, au lieu de la terre, le rocher, et au lieu de la pierre, des torrents d'or.

25. Le Tout-Puissant se déclarera contre vos ennemis; vous aurez des montagnes d'argent.

26. Vous trouverez vos délices dans le Tout-Puissant, et vous élèverez votre visage vers Dieu.

12. An non cogitas quod Deus excelsior cœlo sit, et super stellarum verticem sublimetur?

13. Et dicis : Quid enim novit Deus ? et quasi per caliginem judicat.

14. Nubes latibulum ejus, nec nostra considerat, et circa cardines cœli perambulat.

15. Numquid semitam sæculorum custodire cupis, quam calcaverunt viri iniqui ?

16. Qui sublati sunt ante tempus suum, et fluvius subvertit fundamentum eorum;

17. Qui dicebant Deo : Recede a nobis; et quasi nihil posset facere Omnipotens, æstimabant eum;

18. Cum ille implesset domos eorum bonis quorum sententia procul sit a me.

19. *a* Videbunt justi, et lætabuntur, et innocens subsannabit eos. [*Ps.* 106, 42.]

20. Nonne succisa est erectio eorum, et reliquias eorum devoravit ignis?

21. Acquiesce igitur ei, et habeto pacem; et per hæc habebis fructus optimos.

22. Suscipe ex ore illius legem, et pone sermones ejus in corde tuo.

23. Si reversus fueris ad Omnipotentem, ædificaberis, et longe facies iniquitatem a tabernaculo tuo.

24. Dabit pro terra silicem, et pro silice torrentes aureos.

25. Eritque Omnipotens contra hostes tuos, et argentum coacervabitur tibi.

26. Tunc super Omnipotentem deliciis afflues, et elevabis ad Deum faciem tuam.

13. *Quid enim novit Deus?* Eliphaz reproche aussi à Job d'avoir manqué à ses devoirs envers Dieu. Il suppose qu'il a méconnu sa providence et qu'il a été de l'avis de ces épicuriens qui, pour satisfaire plus librement leurs passions, prétendaient que Dieu ne s'occupe pas des choses d'ici-bas, le reléguant derrière les cieux et le déclarant étranger à tout ce que nous faisons. Les hommes d'avant le déluge, les habitants de Sodome et de Gomorrhe avaient, d'après Eliphaz, ces doctrines impies, et c'est ce qui explique leur affreux châtiment.

21. *Per hæc habebis fructus optimos.* Eliphaz engage Job à faire pénitence de ses fautes, à les reconnaître généreusement, plutôt que de se laisser aller à l'impatience et aux murmures, et il lui promet, s'il se convertit, des richesses beaucoup plus grandes que celles qu'il a possédées. C'est l'idée judaïque qui croit qu'à l'observation de la loi sont attachées, comme récompense, surtout des jouissances matérielles.

12. *Deus excelsior cœlo sit.* Et intra cœlum se contineat, nec rebus humanis intersit, aut illas curet.

13. *Quasi per caliginem judicat.* Non clare et distincte quæ peccantur cognoscendo.

14. *Cardines cœli.* Circa ambitum cœli spatiatur humanorum negligens.

15. *Semitam sæculorum.* Veterum impiorum dogmata et mores.

16. *Fluvius.* Diluvii aqua.

17. *Recede a nobis.* Vide dicta supra, c. 21, n. 14.

19. *Videbunt.* Punitionem impiorum, de qua statim.

20. *Erectio eorum.* Superbia eorum, vel ea propter quæ erigebantur, seu efferebantur. — *Reliquias eorum.* Filios, divitias, memoriam eorum. — *Ignis.* Ultionis divinæ.

21. *Acquiesce.* Deo scilicet. — *Habeto pacem.* Habebis pacem.

22. *Legem.* Cui te subjicias et obtemperes.

23. *Reversus fueris.* Per peccatorum pœnitentiam. — *Ædificaberis.* Prospere tibi cedent omnia. — *Iniquitatem.* Et culpam et culpæ pœnam.

24. *Pro terra silicem.* Cui fundamentum domus tuæ firmiter innitatur, vel ex quibus domum tuam construas. Vel etiam adagialis formula dicendi est, significans pro infirmitate robur. — *Pro silice torrentes aureos.* Unde exciderit silices erumpent tibi auri venæ, auri fontes et flumina.

25. *Super omnipotentem deliciis afflues.* In Domino delectaberis. — *Elevabis ad Deum faciem.* Ex animi voluptate et fiducia.

27. Rogabis eum, et exaudiet te, et vota tua reddes.

28. Decernes rem, et veniet tibi, et in viis tuis splendebit lumen.

29. *a* Qui enim humiliatus fuerit erit in gloria et qui inclinaverit oculos, ipse salvabitur. [*a Prov.* 29. 23.]

30. Salvabitur innocens, salvabitur autem in munditia manuum suarum.

27. Vous le prierez, et il vous accordera, vous vous acquitterez avec joie de vos vœux.

28. Vous formerez des desseins, et ils vous réussiront; et la lumière brillera dans les voies par lesquelles vous marcherez.

29. Car celui qui aura été humilié sera dans la gloire; et celui qui aura abaissé ses yeux sera sauvé.

30. L'innocent sera sauvé, et il sera sauvé, parce que ses mains auront été pures.

CHAPITRE XXIII.

Réponse de Job au troisième discours d'Eliphaz.

1. Respondens autem Job, ait :

2. Nunc quoque in amaritudine est sermo meus, et manus plagæ meæ aggravata est super gemitum meum.

3. Quis mihi tribuat ut cognoscam et inveniam illum, et veniam usque ad solium ejus.

4. Ponam coram eo judicium, et os meum replebo increpationibus.

5. Ut sciam verba quæ mihi respondeat, et intelligam quid loquatur mihi.

6. Nolo multa fortitudine contendat mecum, nec magnitudinis suæ mole me premat.

7. Proponat æquitatem contra me, et perveniat ad victoriam judicium meum.

8. Si ad orientem iero, non apparet; si ad occidentem, non intelligam eum.

9. Si ad sinistram, quid agam? non

1. Job parla ensuite de cette sorte *à ses amis*, et dit :

2. Mes paroles sont encore pleines d'amertume, et la violence de ma plaie est beaucoup au-dessus de mes gémissements et de mes soupirs.

3. Que je souhaiterais de savoir comment je pourrais aller trouver Dieu, et m'aller présenter à lui jusqu'à son trône?

4. Je proposerais ma cause devant lui, je remplirais ma bouche des preuves *de mon innocence,*

5. Afin que je susse ce qu'il me répondrait, et que je comprisse ce qu'il me pourrait dire.

6. Je ne voudrais point qu'il me combattît de toute sa force, ni qu'il m'accablât par le poids de sa grandeur.

7. Mais qu'il proposât contre moi l'équité; et j'espérerais gagner ma cause devant un tel juge.

8. Mais que ferai-je? Si je vais en orient, il ne paraît point : si je vais en occident, je ne l'aperçois point.

9. Si je me tourne à gauche, je ne puis l'at-

Cap. XXIII. — 1. *Respondens autem Job.* En rendant ses accusations plus précises, Eliphaz semble avoir fait faire un pas, sinon à la question en général, du moins à la situation particulière de Job. On s'attend que le patriarche va entrer dans le détail de sa vie; mais cette marche est trop méthodique pour convenir au génie oriental. Job revient sur des idées générales qu'il a déjà émises; ainsi il voudrait avoir à discuter avec Dieu lui-même, mais Dieu est accessible et invisible. Ce n'est que plus loin, à la fin de la discussion, qu'il nous fera pénétrer dans son passé et qu'il nous montrera qu'il n'est pas un pécheur, comme le prétendent ses adversaires.

27. *Vota tua reddes.* Postquam quod promissione voti postulaveras obtinueris.

28. *Decernes rem.* Optabis. — *In viis tuis splendebit lumen.* Aderit actionibus tuis divinus favor, qui te resque tuas prosequetur.

29. *Qui enim humiliatus fuerit.* Qui se demiserit. — *Inclinaverit oculos.* Qui habitus est demisse de se sentientium, et majores suos reverentium.

30. *Manuum suarum.* Operum suorum.

Cap. XXIII. — 2. *Manus plagæ meæ. Manus plagæ est fortitudo percussionis*, inquit D. Greg. In hebræo est tantum, *manus mea*, sed per metonymiam manus pro effectu, id est, pro vulnere et plaga quæ Dei manu fit accipitur. — *Super gemitum meum.* Gravior est et vehementior gemitu meo.

3. *Illum.* Deum.

4. *Ponam... judicium.* Exponam causam meam — *Increpationibus.* Vel significat argumenta contra adversarios calumniatores, vel querelas ex dolente quidem animo, sed amante profectas, qualis et illa Jeremiæ cap. 12, 1 : *Justus quidem tu es, Domine, si disputem tecum; verumtamen justa loquar ad te.*

5. *Ut sciam.* Ut scirem quid spectarit, cum me tam longa et dura vexatione cruciavit.

6. *Nolo.* Nollem. — *Multa fortitudine.* Nollem cum divina potentia, sed cum ejus justitia et æquitate mihi rem esse.

7. *Judicium meum.* Causa mea.

8. *Ad orientem iero.* Diceret Job n. 3 : *Quis mihi tribuat ut cognoscam et inveniam illum?* Jam vero votum suum damnat, quod nesciat qua mundi plaga Deum, qui invisibilis est; quærat. Loquitur Job humano more; alioquin enim non ignorabat Deum esse immensum, et omnibus locis nobis adesse.

9. *Ad sinistrum.* Septentrionem. Antiqui qui ad orientem obversi orare consueverant, septentrionem habebant ad sinistram, meridiem ad dexteram. Hinc factum ut duæ cœli plagæ sinistræ et dextræ nomine intelligerentur et appellarentur.

teindre : si je vais à droite, je ne le verrai point.

10. Mais, pour lui, il connaît la voie par laquelle je marche, et il m'éprouve comme l'or qui passe par le feu.

11. Mon pied a suivi ses traces, j'ai gardé sa voie, et je ne m'en suis point détourné.

12. Je ne me suis point écarté des commandements qui sont sortis de ses lèvres, et j'ai caché dans mon sein les paroles de sa bouche?

13. Parce qu'il est; nul ne peut empêcher que ce qu'il a résolu ne s'exécute, et il fait absolument tout ce qu'il lui plaît.

14. Quand il aura accompli sur moi ce qu'il avait ordonné, il lui reste encore un grand nombre d'autres moyens semblables.

15. C'est pourquoi le trouble me saisit en sa présence : et lorsque je le considère, je suis agité de crainte.

16. Dieu a amolli mon cœur, et le Tout-Puissant m'a jeté dans le trouble.

17. Car les ténèbres qui m'environnent n'ont pu me donner la mort, et l'obscurité n'a point encore couvert mon visage.

apprehendam eum; si me vertam ad dexteram, non videbo illum.

10. Ipse vero scit viam meam, et probavit me quasi aurum, quod per ignem transit.

11. Vestigia ejus secutus est pes meus, viam ejus custodivi, et non declivavi ex ea.

12. A mandatis labiorum ejus non recessi, et in sinu meo abscondi verba oris ejus.

13. Ipse enim solus est, et nemo avertere potest cogitationem ejus; et anima ejus quodcumque voluit, hoc fecit.

14. Cum exploverit in me voluntatem suam, et alia multa similia præsto sunt ei.

15. Et idcirco a facie ejus turbatus sum, et considerans eum, timore sollicitor.

16. Deus mollivit cor meum, et Omnipotens conturbavit me.

17. Non enim periit propter imminentes tenebras, nec faciem meam operuit caligo.

CHAPITRE XXIV.

Suite de la réponse de Job au troisième discours d'Eliphaz.

1. Car les temps ne sont point cachés au Tout-Puissant, mais ceux qui le connaissent, ignorent ses jours.

2. Les uns passent au delà des limites de leurs terres, ravissent des troupeaux, et les mènent dans leurs pâturages.

1. Ab Omnipotente non sunt abscondita tempora; qui autem noverunt eum, ignorant dies illius.

2. Alii terminos transtulerunt, diripuerunt greges, et paverunt eos.

10. *Et probavit me quasi aurum.* Job sent bien que ses souffrances ne sont pas un châtiment, sa conscience le lui atteste. Il les regarde comme une épreuve, mais il ne développe pas cette idée avec le même éclat que la première. C'est qu'il a fallu que le Christ souffrît lui-même pour bien nous faire comprendre comment il se fait que le juste souffre en ce monde, et quelle est la cause, quel est le mérite de ses souffrances.

16. *Deus mollivit cor meum.* Dieu a anéanti mon courage et le Tout-Puissant m'a rempli d'épouvante. Cependant je ne suis pas encore mort au milieu de ces ténèbres qui m'enveloppent, et le voile du trépas n'a pas encore couvert mon visage. Par conséquent, je puis craindre qu'une plus longue vie ne m'assujétisse à de plus cruels tourments. Il viendra certainement un temps où la patience des justes sera récompensée et où les crimes des méchants seront punis. Le Tout-Puissant connaît ces temps, mais ses amis les ignorent. Cette phrase est la traduction du 2e verset du chapitre suivant. La division en chapitres est ici défectueuse; en séparant en deux le discours de Job, on a séparé des versets que l'on est obligé de rapprocher pour les comprendre.

10. *Ipse... scit viam meam.* Ego Deum invenire non possum; contra Deus invenire me non tantum potest, sed habet etiam in potestate, ideoque, quod fecit, me ærumnarum camino probare potest.

11. *Vestigia ejus secutus est pes meus.* Dixerat n. 7, paratum se esse ad subeundum judicium cum Deo; jam explicat quo fundamento nitatur spes victoriæ quam concepit, quod scilicet virtutem coluerit, divinæ legi sit obsecutus, etc.

13. *Ipse enim solus est.* Scilicet Omnipotens, cui omnes parere debent. — *Avertere potest cogitationem ejus.* Impedire ne quod voluerit effectum det. — *Anima ejus.* Ipse.

14. *Cum exploverit.* Deus omnipotens est, nec ullus ei potest resistere; quare flagellis meis alia, si voluerit, addere poterit.

15. *Et idcirco.* Itaque non immerito divinam potentiam reformido.

16. *Mollivit.* Timore, quo quasi dissolvitur cor, difficult et liquescit.

17. *Non enim perit.* Non factus sum insensibilis, licet multis exercitus sim malis. — *Propter imminentes tenebras.* In Hebr. est, *a facie tenebrarum*, ærumnarum scilicet et malorum quæ passus sum. — *Operuit caligo.* Ut non videam quanta me premant mala.

CAP. XXIV. — 1. *Tempora.* Ea quæ in tempore fiunt. Quæ geruntur ab hominibus. Scit etiam articulos temporis opportunitatesque peccata plectendi. — *Qui... noverunt eum.* Amici ejus, et ei addicti homines, non tam familiarem cum eo habent consuetudinem, ut ejus consilia in rebus humanis administrandis intelligant. — *Dies illius.* Tempus quo peccata punienda sunt.

2. *Terminos transtulerunt.* Vicinis per injuriam submotis, et quæ eorum erant occupatis. — *Paverunt eos.* Tanquam proprios.

3. Asinum pupillorum abegerunt, et abstulerunt pro pignore bovem viduæ.

4. Subverterunt pauperum viam, et oppresserunt pariter mansuetos terræ.

5. Alii quasi onagri in deserto egrediuntur ad opus suum, vigilantes ad prædam, præparant panem liberis.

6. Agrum non suum demetunt : et vineam ejus, quem vi oppresserint, vindemiant.

7. Nudos dimittunt homines, indumenta tollentes, quibus non est operimentum in frigore;

8. Quos imbres montium rigant; et non habentes velamen, amplexantur lapides.

9. Vim fecerunt deprædantes pupillos, et vulgum pauperem spoliaverunt.

10. Nudis et incedentibus absque vestitu, et esurientibus tulerunt spicas.

11. Inter acervos eorum meridiati sunt, qui calcatis torcularibus sitiunt.

12. De civitatibus fecerunt viros gemere, et anima vulneratorum clamavit, et Deus inultum abire non patitur.

13. Ipsi fuerunt rebelles lumini, nesciernnt vias ejus, nec reversi sunt per semitas ejus.

14. Mane primo consurgit homicida, interficit egenum et pauperem; per noctem vero erit quasi lur.

3. Ils saisissent l'âne des pupilles, et ils emmènent pour gage le bœuf de la veuve.

4. Ils renversent la voie des pauvres, et ils oppriment tous ceux qui sont doux *et* humbles sur la terre.

5. D'autres, comme des ânes sauvages dans le désert, vont à leur ouvrage; ils cherchent leur proie dès le matin, pour donner de quoi vivre à leurs enfants.

6. Ils moissonnent le champ qui n'est point à eux, et ils vendangent la vigne de celui qu'ils ont opprimé par violence.

7. Ils renvoient les hommes tout nus, et ils ôtent les habits à ceux qui n'ont pas de quoi se couvrir pendant le froid;

8. Qui sont percés par les pluies des montagnes; et qui, se trouvant sans vêtements, embrassent les pierres.

9. Ils ravissent le bien des pupilles par force, et ils dépouillent le pauvre peuple.

10. Ils arrachent jusqu'à quelque peu d'épis à ceux qui sont nus, qui vont sans habits, et qui meurent de faim.

11. Ils se reposent sur le midi au milieu des tas de *fruits qu'ils ont enlevés* à ceux qui, après avoir foulé le vin dans leurs pressoirs, sont dans la soif.

12. Ils font soupirer les hommes dans les villes, *et* les âmes blessées poussent des cris. Et *cependant* Dieu ne laisse-*t-il* point ces désordres impunis?

13. Ils ont été rebelles à la lumière; ils n'ont point connu les voies de Dieu; et ils ne sont point revenus dans ses sentiers.

14. Le meurtrier se lève dès le matin; il tue le faible et le pauvre; et durant la nuit il dérobe comme un larron.

CAP. XXIV. — 8. *Amplexantur lapides.* Selon l'Hébreu : Ils sont tout trempés par les eaux qui tombent des montagnes, et n'ayant pas de refuge, ils se tiennent collés contre un rocher.

10. *Et esurientibus tulerunt spicas.* Selon l'Hébreu : Celui-ci marche nu et sans vêtement, celui-là est consumé par la faim, après avoir porté l'un et l'autre les gerbes de cet impie qui les a frustrés de leur récompense.

12. *Et Deus inultum abire non patitur. Non* est ici pour *nonne*, et il faut entendre ce verset, comme s'il y avait un point d'interrogation. Job voulant démontrer que Dieu ne punit pas les méchants en ce monde, s'attache à peindre ce qu'il y a d'hommes injustes et impies qui prospèrent dans les villes aussi bien que dans les campagnes.

4. *Subverterunt pauperum viam.* Infesti fuerunt pauperibus, eos turbantes, vexantes, et impedientes quominus quiete suo agerent negotia. — *Mansuetos.* Humiles, abjectos.

5. *Quasi onagri.* Ex leges, vagi, liberi sui juris; alias tamen molesti, et infesti. — *Egrediuntur ad opus suum.* Ad aliena rapienda et invadenda; quod quasi munus aut artem suam exercent. — *Præparant panem liberis.* Cum aliorum injuria et damno.

8. *Imbres montium.* LXX habent, *de stillicidiis montium madescunt*, quibus scilicet stillant cavernæ montanæ in quibus degunt. — *Amplexantur lapides.* Cum nihil habeant quo se protegere possint, subeunt antra et in lapide excisas cavernas. Vel amplexari lapides est corpus ad lapides applicare, ne nuditas videatur.

10. *Nudis et incedentibus absque vestitu.* In Hebr. et Græco est, *nudum ambulare fecerunt absque vestitu.* — *Spicas.* Quas in demessis agris hinc inde collegerant.

11. *Meridiati sunt.* At quinam meridiati sunt? Duplex esse potest interpretatio : altera, ut pauperes, qui calcatis torcularibus (quod fere agricolis usu venire solet) sitiunt, meridiati sint, id est, etiam meridie in summo æstu coacti sint inter divitum acervos versari excutiendis ex spicis granis, aut aliis hujusmodi operibus rusticis occupati. Altera, ut divites in pauperes injusti meridiati sint inter acervos pauperum, ex alieno saturi, et sine proprio labore laboribus aliorum fruentes.

12. *De civitatibus.* Dixerat proxime quomodo se potens injusti gerant cum agricolis: jam hic quæ ratio agendi sit cum civibus. — *De civitatibus*, idem est ac in civitatibus. — *Anima vulneratorum.* Vulnerati.

13. *Rebelles lumini.* Nolunt enim divinæ legis lumen admittere. — *Nesciernnt vias ejus.* Experti non sunt, eas non sunt ingressi, eas non probarunt, imo contempserunt.

14. *Mane primo.* Hæc enim prior et potior ejus cura est occidere, insidiari, etc. — *Erit quasi fur.* Forabitur, fur erit; nam particula *quasi* non dicit similitudinem, sed proprietatem. Italice diceremus : *Si portera da ladro*, vel *fara del ladro.*

15. L'œil de l'adultère épie l'obscurité; il dit : Personne ne me verra; et il couvre son visage.

16. Il perce les maisons dans les ténèbres, à l'heure qu'ils s'étaient donnée pendant le jour; et ils n'ont point connu la lumière.

17. Si l'aurore paraît tout d'un coup, ils croient que c'est l'ombre de la mort, et ils marchent dans les ténèbres comme dans la lumière.

18. Il est plus léger que la surface de l'eau. *Mais* qu'il soit maudit sur la terre; qu'il ne marche point par le chemin de la vigne.

19. Qu'il passe des eaux *froides* de la neige à une chaleur excessive: et que son péché le conduise jusqu'au tombeau.

20. Que la miséricorde le mette en oubli; que les vers soient sa douceur et ses délices; qu'on ne se souvienne point de lui; mais qu'il soit arraché comme un arbre qui ne porte point de fruit.

21. Car il a nourri celle qui était stérile, et qui n'enfantait point, et il n'a point fait de bien à la veuve.

22. Il a fait tomber les *plus* forts par la grandeur de sa puissance, et lorsqu'il sera le plus ferme, il ne s'assurera point de sa vie.

23. *Car* Dieu lui a donné du temps pour faire pénitence, et il en a abusé pour devenir superbe: aussi les yeux de Dieu sont sur ses voies.

24. Ils s'élèvent pour un moment, et après cela ils ne subsistent plus : ils seront humiliés comme toutes choses; ils seront emportés et retranchés comme le haut des épis.

15. Oculus adulteri observat caliginem, dicens : Non me videbit oculus : et operiet vultum suum.

16. Perfodit in tenebris domos, sicut in die condixerant sibi, et ignoraverunt lucem.

17. Si subito apparuerit aurora, arbitrantur umbram mortis, et sic in tenebris quasi in luce ambulant.

18. Levis est super faciem aquæ : maledicta sit pars ejus in terra, nec ambulet per viam vinearum.

19. Ad nimium calorem transeat ab aquis nivium, et usque ad inferos peccatum illius.

20. Obliviscatur ejus misericordia; dulcedo illius vermes; non sit in recordatione, sed conteratur quasi lignum infructuosum.

21. Pavit enim sterilem, quæ non parit, et viduæ bene non fecit.

22. Detraxit fortes in fortitudine sua; et cum steterit, non credet vitæ suæ.

23. *a* Dedit eis Deus locum pœnitentiæ, et ille abutitur eo in superbiam; oculi autem ejus sunt in viis illius. [a *Apoc.* 2. 21.]

24. Elevati sunt ad modicum, et non subsistent, et humiliabuntur sicut omnia, et auferentur, et sicut summitates spicarum conterentur.

---

18. *Levis est super faciem aquæ.* D'autres traduisent : Cet autre court sur les eaux de la mer et ne vit que de brigandage; il méprise les fonds de terre, et il néglige la culture des vignes, préférant au travail le produit de ses pirateries.

23. *Oculi autem ejus sunt in viis illius.* Loin de nier la Providence et de reléguer la Divinité au dela de ce monde, comme si elle était étrangère à tout ce qui s'y passe, Job dit au contraire que Dieu a l'œil ouvert sur toutes les voies de l'impie, qu'il connaît toutes ses démarches et qu'il perdra un jour l'impie et tous ceux qui l'imitent.

15. *Oculus adulteri.* Alienis etiam matrimoniis insidiabitur. — *Observat caliginem.* Noctis tenebras, ut latere possit. — *Operiet vultum suum.* Ne agnoscatur.

16. *Perfodit.* Adulteri parietes perfodiunt, ut perveniant ad adulteras. — *Condixerant.* Adulter et adultera. — *Ignoraverunt lucem.* Tenebras quæsierunt.

17. *Umbram mortis.* Auroram et lucem, ut mortem refugiunt.

18. *Levis est super faciem aquæ.* Adeo velox est et agilis in fugiendo, ut super ipsas aquas ambulare possit videatur. — *Maledicta sit pars ejus in terra.* Tellus, quæ illis in partem et possessionem obvenit, maledicta sit, nec utile quidquam germinet. — *Nec ambulet per viam vinearum.* Nullam habeat impius partem in agris locisque frugiferis ex quibus ullum fructum percipere possit. Alii explicant, abstinebit a via regia et frequentia hominum, ne agnoscatur.

19. *Ad nimium calorem.* Extremis malis inter se contrariis et pugnantibus conflictetur. — *Usque ad inferos peccatum illius.* Peccatum illum comitabitur usque ad sepulcrum, imo et ad infernum deducet.

20. *Obliviscatur ejus misericordia.* Nemo misericordia illius moveatur. — *Dulcedo illius vermes.* Vermes sint illius deliciæ.

21. *Pavit... sterilem.* Aliqui meretricem intelligunt; meretrices enim fere non concipiunt. Alii de virginibus stupratis intelligunt, quibus dederit poculo medicata ad faciendam sterilitatem, ne facinus detegatur. * Vel sensus est : depastus est et spoliavit sterilem, satis per se alioqui malo sterilitatis afflictam. — *Bene non fecit.* Est miosis; significatur enim etiam male fecisse, quod Cajetanus de re turpi intelligit, viduam sollicet ad venerem sollicitando, etc.; et simplicius est, si explicemus de quacumque injuria viduis illata.

22. *Detraxit.* LXX, *furore evertit.* — *In fortitudine sua.* Potentia sua. — *Cum steterit, non credet vitæ suæ.* In sua felicitate timore vacuus non est; multos enim timeat necesse est, qui a multis timetur.

23. *Locum pœnitentiæ.* Tempus ad resipiscendum et mutandos mores. — *Abutitur... in superbiam.* Fit enim semper magis superbus, immanis, truculentus. — *Oculi autem ejus sunt in viis illius.* Diligenter notat illius acta.

24. *Sicut omnia.* Quemadmodum res omnes humanæ ad interitum tendunt. — *Sicut summitates spicarum.* Summitas vel caput spicarum sumitur pro ipsis spicis natis in summitate et capite calami.

25. Quod si non est ita, quis me potest arguere esse mentitum et ponere ante Deum verba mea?

25. Que si cela n'est pas ainsi, qui pourra me convaincre de mensonge et accuser mes paroles devant Dieu?

CHAPITRE XXV.

Troisième discours de Baldad.

1. Respondens autem Baldad Suhites, dixit :

2. Potestas et terror apud eum est, qui facit concordiam in sublimibus suis.

3. Numquid est numerus militum ejus? et super quem non surget lumen illius?

4. Numquid justificari potest homo comparatus Deo, aut apparere mundus natus de muliere?

5. Ecce luna etiam non splendet, et stellæ non sunt mundæ in conspectu ejus;

6. Quanto magis homo putredo, et filius hominis vermis?

1. Baldad, de Suh, parla ensuite *à Job* en ces termes :

2. Celui-là *seul* est puissant et redoutable, qui fait régner la paix dans ses hauts lieux.

3. Peut-on compter le nombre de ses soldats? et sur quoi sa lumière ne s'élève-t-elle point?

4. L'homme peut-il être justifié, étant comparé à Dieu? et celui qui est né d'une femme paraîtra-t-il pur?

5. La lune même ne brille pas, et les étoiles ne sont pas pures devant ses yeux.

6. Combien moins le sera un homme qui n'est que pourriture, et le fils de l'homme qui n'est qu'un ver?

CHAPITRE XXVI.

Dernier discours de Job. Sa réponse à Baldad.

1. Respondens autem Job, dixit :

2. Cujus adjutor es? numquid imbecillis? et sustentas brachium ejus, qui non est fortis?

3. Cui dedisti consilium? forsitan illi qui non habet sapientiam, et prudentiam tuam ostendisti plurimam.

1. Alors Job répondit :

2. Qui prétendez-vous assister? est-ce un homme faible? ou soutenez-vous celui qui n'a pas le bras fort?

3. A qui donnez-vous conseil? est-ce à celui qui n'a pas de sagesse? et voulez-vous signaler votre prudence?

CAP. XXI. — 2. *Potestas et terror apud eum est.* Ce discours de Baldad n'est qu'un intermède qui interrompt Job dans sa justification, en répétant ce que ses amis ont déjà dit maintes fois, c'est que l'homme est trop misérable pour oser jamais se croire absolument innocent devant Dieu. Cette idée est exacte à un certain point de vue, mais elle embrasse, dans sa généralité tous les hommes, et par conséquent, elle ne suffit pas pour expliquer les souffrances de Job. Car si la souffrance a pour cause unique le mal moral, il faut que celui qui souffre le plus soit le plus coupable. A ce compte, Job aurait été le plus criminel des hommes, et c'est contre cette accusation que proteste avec raison la conscience de ce patriarche.

CAP. XXVI. — 2. *Cujus adjutor es?* Ces paroles sont ironiques. Job dit à Baldad : Puisque Dieu est tout-puissant, qu'avez-vous besoin de lui venir en aide? Au lieu de me défendre, c'est contre moi que vous vous portez. Qu'êtes-vous pour vous faire l'appui du Tout-Puissant? Est-ce un être faible? N'est-ce pas lui, au contraire, qui a tout créé? Et il prend de la occasion de décrire en termes sublimes la grandeur et la puissance de Dieu.

---

25. *Quod si non est ita.* Quod si impii non statim scelerum pœnas luunt. — *Esse mentitum.* Cum id jam sæpius affirmo. — *Ponere ante Deum.* Accusando, et quasi falso dictum arguendo.

CAP. XXV. — 2. *Apud eum.* Deum scilicet. — *Qui facit concordiam.* Qui ea quæ in cœlo et aere natura discordant, eadem ad consilorum suorum effectus componit et sociat.

3. *Militum.* Angelorum. Alii de militia cœli intelligunt juxta phrasim Scripturæ, quæ hoc nomine appellat solem, lunam, et astra. Vel intellige generatim de omnibus creaturis quæ Deo et illius providentiæ militant et serviunt. — *Super quem non surget lumen illius?* Quis est qui ab illo non illuminetur? vel quis est qui se abscondat ab illius lumine, et ab illo non videatur et cognoscatur?

5. *Non splendet.* Deo comparata.

6. *Filius hominis.* Homo.

CAP. XXVI. — 2. *Cujus adjutor es?* Non dat crimini quod Dei partes suscepisset Baldad, sed quod Jobum sine causa condemnaret; ita Chrysostomus. Potuit etiam reprehendi quod licet de Deo, tamen tumide et insolenter loqueretur, quasi magno aliquo defensionis et patrocinii beneficio devinxisset Deum. Vel quod non zelo divini honoris defendendi disputaret, sed provectus spiritu contentionis et pertinaciæ. Vel tandem quod Jobo desiderantí Dei conspectum, ut pro se diceret, Baldad repugnaret, quasi vereretur ne Job superior evaderet, ideoque a provocatione ad divinum tribunal conaretur avertere.

* 3. *Cui dedisti consilium?* Est ironia, quasi dicat : Deum vis instruere quomodo ipse pro se contra me causam agat?

4. Qui entreprenez-vous d'enseigner? n'est-ce pas celui qui a créé les âmes et les esprits?
5. Les géants mêmes, et ceux qui habitent avec eux, gémissent sous les eaux.
6. L'enfer est nu devant ses yeux, et l'abîme n'a point de voile pour se couvrir *devant lui*.
7. C'est lui qui fait reposer le *pôle* du septentrion sur le vide, et qui suspend la terre sur le néant.
8. C'est lui qui lie les eaux dans les nuées, afin qu'elles ne fondent pas tout à la fois sur la terre.
9. *C'est lui* qui empêche que son trône ne paraisse à découvert, et qui répand au devant les nuages qu'il a formés.
10. *C'est lui* qui a marqué les bornes aux eaux tant que dureront la lumière et les ténèbres.
11. Les colonnes du ciel frémissent *devant lui*, et il les fait trembler au moindre clin d'œil.
12. Sa puissance a rassemblé les mers en un instant; et sa sagesse a dompté leur orgueil.
13. Son esprit a orné les cieux; et l'adresse de

4. Quem docere voluisti? nonne eum qui fecit spiramentum?
5. Ecce gigantes gemunt sub aquis, et qui habitant cum eis.
6. Nudus est infernus coram illo, et nullum est operimentum perditioni.
7. Qui extendit aquilonem super vacuum, et appendit terram super nihilum.
8. Qui ligat aquas in nubibus suis, ut non erumpant pariter deorsum.
9. Qui tenet vultum solii sui, et expandit super illud nebulam suam.
10. Terminum circumdedit aquis, usque dum finiantur lux et tenebræ.
11. Columnæ cœli contremiscunt, et pavent ad nutum ejus.
12. In fortitudine illius repente maria congregata sunt, et prudentia ejus percussit superbum.
13. Spiritus ejus ornavit cœlos; et,

5. *Ecce gigantes.* Baldad avait voulu faire ressortir la grandeur de Dieu en décrivant les merveilles qu'il a faites dans le ciel. Job lui répond que ce ne sont pas les seules merveilles que Dieu fait dans le ciel qui méritent du respect et de l'adoration, mais que celles qu'il opère dans les vastes abîmes de la mer, sont capables d'inspirer ces sentiments à un esprit attentif; et que pour lui, non-seulement il est persuadé que la divine Providence s'étend à ce qui se passe parmi les hommes sur la terre, mais qu'elle ne néglige pas même ce qui se passe sous les eaux, et qu'elle prend soin des poissons. Je commence, dit-il, par ces poissons gigantesques, par ces masses énormes qui se meuvent sous les eaux (Duguet).

6. *Nudus est infernus.* Son œil pénètre jusque dans les entrailles de la terre.

7. *Qui extendit aquilonem.* Job ne parle que du pôle nord, parce qu'il n'avait que cette partie du ciel sous les yeux; le midi lui était caché comme à nous (Sap., IX, 9; XXIII, 9).

11. *Et pavent ad nutum ejus.* On a beaucoup admiré le Jupiter d'Homère, qui, d'un signe de sa tête, fait trembler tout l'Olympe : *Annuit et totum nutu tremefecit Olympum.* Les images qu'emploie ici Job ont bien plus de grandeur et de magnificence.

13. *Ædictus est colubri tortuosus.* Ce serpent fugitif, aux replis tortueux, est sans doute la constellation du Dragon, dont Virgile a marqué aussi la position au pôle nord :

Maximus hic flexu sinuoso elabitur anguis
Circum, perque duas in morem fluminis Arctos. (Georg., I, 244).

C'est aussi ce serpent qu'Ovide décrit et qu'il nous représente rendu furieux par le char du Soleil que Phaéthon a fait trop approcher du pôle nord :

Quæque polo posita est glaciali proxima Serpens,
Frigore pigra prius, nec formidabilis ulli,
Incaluit; sumpsitque novas ferveoribus iras. (Metam., lib. II, v. 173-175).

4. *Spiramentum.* Animam, vel vim respirandi.

5. *Gigantes.* Pisces immanis magnitudinis; cete quæ mari innatant, et marini gigantes propter vastam corporis molem appellari possunt. — *Gemunt sub aquis.* Qui pisces profundis gurgitibus maris demersi possunt gemere quasi premantur aquarum mole. — *Et qui habitant cum eis.* Pisces alii minores.

6. *Nudus est infernus coram illo.* Videt quæ geruntur in inferno, licet sit in intimis terræ visceribus. — *Perditioni.* Idem est quod inferno.

7. *Extendit aquilonem super vacuum.* Emittit aquilones et alios ventos per aerem. — *Vacuum.* Ita loquitur ex vulgi opinione. Vel vacuum appellat, quia aer solido corpore non occupatur. — *Super nihilum.* Terra enim et res graves nulla sibi re sustentantur, quam naturali propensione qua feruntur ad centrum, et circa illud detinentur.

8. *Ligat aquas.* Poeticum schema, quasi aquæ nubibus quasi utribus continerentur. — *Ut non erumpant pariter deorsum.* Sed placide, et guttatim.

9. *Tenet vultum solii sui.* Vultus divini solii est visibilis iste coeli conspectus. Cœlum vero dicitur solium Dei, quia in eo præcipue majestatem suam coeli civibus exhibet, illudque habitat et *tenet*, ut loquitur hoc loco sacer textus. — *Expandit.* Expandit aliquando nubes quæ coeli conspectum eripiunt.

10. *Usque dum finiantur lux et tenebræ.* Perpetuo, quamdiu erit lucis et tenebrarum vicissitudo.

11. *Columnæ cœli.* Ipsa coeli machina; aliqui de angelis intelligunt, aut de montibus qui arduo vertice cœlum fulcire videntur.

12. *Fortitudine.* Potentia illius. — *Prudentia ejus.* Sapientia ejus. — *Percussit superbum.* Mare superbum ac tumens coercuit.

13. *Spiritus ejus.* Verbum et præceptum ejus. — *Ornavit cœlos.* Sole, luna, astris. — *Obstetricante manu ejus.* Aliqui de dracone apostata lucifero explicant, qui divinæ manus potentia eductus est. Alii de fulmine oblique volante, et tortuoso tractu per aerem labente. Alii de circulo seu via lactea, aut de sidere draconis, aut de qualibet naturali colubro intelligunt.

obstetricante manu ejus, eductus est coluber tortuosus.
14. Ecce, hæc ex parte dicta sunt viarum ejus; et cum vix parvam stillam sermonis ejus audierimus, quis poterit tonitruum magnitudinis illius intueri?

sa main *puissante* a fait paraître *la figure d'un* serpent plein de replis.
14. Ce que nous venons de dire n'est qu'une petite partie de ses œuvres. Que si ce que nous avons entendu *de sa puissance* est seulement comme une goutte en comparaison de ce que l'on en peut dire, qui pourra soutenir l'éclat du tonnerre de sa grandeur?

CHAPITRE XXVII.

Suite du dernier discours de Job.

1. Addidit quoque Job, assumens parabolam suam, et dixit :
2. Vivit Deus, qui abstulit judicium meum, et Omnipotens, qui ad amaritudinem adduxit animam meam;
3. Quia donec superest halitus in me, et spiritus Dei in naribus meis,
4. Non loquentur labia mea iniquitatem, nec lingua mea meditabitur mendacium.
5. Absit a me ut justos vos esse judicem; donec deficiam, non recedam ab innocentia mea.
6. Justificationem meam, quam cœpi tenere, non deseram; neque enim reprehendit me cor meum in omni vita mea.
7. Sit ut impius, inimicus meus; et adversarius meus quasi iniquus.
8. Quæ est enim spes hypocritæ si avare rapiat, et non liberet Deus animam ejus?

1. Job prenant encore la parole, et usant du même discours figuré, continua en ces termes :
2. Je prends à témoin le Dieu vivant, qui m'a ôté tout moyen de justifier mon innocence, et le Tout-Puissant, qui a rempli mon âme d'amertume,
3. Que tant que j'aurai un souffle, et que Dieu me laissera l'air que je respire,
4. Mes lèvres ne prononceront rien d'injuste, et ma langue ne dira point de mensonge.
5. Dieu me garde de vous croire équitables. Tant que je vivrai, je ne me désisterai point de mon innocence.
6. Je n'abandonnerai point la justification que j'ai commencé à faire de ma conduite; car mon cœur ne me reproche rien dans toute ma vie.
7. Que mon ennemi passe lui-même pour un impie, et celui qui me combat, comme un injuste;
8. Car quelle est l'espérance de l'hypocrite, s'il ravit *le bien d'autrui* par son avarice, et que Dieu ne délivre pas son âme?

Cap. XXVII. — 1. *Assumens parabolam suam.* Le langage de Job est appelé parabolique, parce qu'il est tout à la fois allégorique et poétique, et que sous un sens simple il en cache d'autres sublimes et mystérieux.

5. *Absit a me ut justos vos esse judicem.* Il n'en aurait sans doute pas coûté à Job de reconnaître la vertu personnelle de ses amis qu'il aurait été, au contraire, fort heureux de regarder comme des hommes justes et honnêtes. Mais il faut distinguer entre les personnes et les doctrines; on doit être très-tolérant pour les personnes, mais inexorable pour les fausses doctrines. Les amis de Job étaient dans l'erreur en croyant qu'il n'y a que les coupables qui souffrent en ce monde; c'est cette erreur qu'il répudie énergiquement.

7. *Sit ut impius.* C'est comme s'il disait : Celui qui se déclare l'ennemi des justes affligés comme je le suis, et qui prétend que l'affliction où ils sont tombés est une preuve des crimes qu'ils ont commis, mérite d'être regardé lui-même comme un impie, parce qu'il combat la piété et qu'il fait paraître une injustice visible, en voulant faire passer pour méchants ceux qui sont justes devant Dieu (Sacy).

14. *Viarum ejus.* Divinorum operum. — *Et cum vix.* Si paucula hæc quæ commemoravimentes nostras obstupefaciunt, quid nobis accideret majora audientibus, aut commemorantibus? — *Sermonis.* Operis. — *Tonitruum.* Vim. — *Intueri.* Intelligere, mente comprehendere.

Cap. XXVII. — 1. *Assumens parabolam.* Sermonem suum gravem et sapientem continuans. Vide dicta Num., 23, 7.

2. *Vivit Deus.* Per viventem Deum juro. — *Abstulit judicium meum.* Qui non concessit ut, quod postulabam, ante illius tribunal sisterer, et de mea innocentia judicaretur. — *Ad amaritudinem adduxit.* Toi et tantis ærumnis pressum.

3. *Spiritus Dei.* Vita, anima, quam a Deo accipimus, halitus. Italice dicimus : *Finche avrò fiato.*

4. *Meditabitur mendacium.* Mentietur.

5. *Justos vos esse.* Qui sentitis et pronuntiatis mala sceleratis tantum evenire in hac vita. — *Non recedam ab innocentia mea.* Defendenda

6. *Justificationem meam.* Justitiam, sanctitatem.

7. *Sit ut impius, inimicus meus.* Quasi dicat : Vos existimastis felices eos qui bonis in hac vita abundant, imo hoc in sanctitatis et justitiæ argumentum vertitis; contra ego sentio, magnumque potius infortunium puto bonis afflucre, et nullis prorsus vexari malis : itaque si velim meis inimicis male precari, nihil hoc gravius occurrit quod illis optem.

8. *Quæ est... spes hypocritæ!* Quid tandem boni impius expectare potest; imo quod malum timere non debet? — *Avare rapiat.* Injuste alios vexando. — *Et non liberet Deus animam ejus.* Nisi sua misericordia eum respiciat Deus, et meliorem illi mentem injiciat.

9. Dieu entendra-t-il ses cris lorsque l'affliction viendra fondre sur lui?
10. Ou pourra-t-il trouver sa joie dans le Tout-Puissant, et invoquer Dieu en tout temps?
11. *Mais* je vous enseignerai, avec le secours de Dieu, je ne vous cacherai point ce qui est renfermé dans le Tout-Puissant;
12. Mais vous le savez déjà tous : Pourquoi donc vous répandez-vous en de vains discours?
13. Voici le partage de l'homme impie devant Dieu, et l'héritage que le Tout-Puissant réserve pour les violents.
14. Quand ses enfants seraient en grand nombre, ils passeront tous au fil de l'épée, et ses petits-enfants ne seront point rassasiés de pain :
15. Ceux qui resteront de sa race seront ensevelis dans sa ruine, et les veuves ne les pleureront point.
16. S'il fait un monceau d'argent comme de terre, s'il amasse des habits comme de la boue,
17. Il les préparera à la vérité, mais le juste s'en revêtira, et l'innocent partagera son argent.
18. Il s'est bâti, comme le ver, une maison; et il s'est fait, comme le gardien *d'une vigne*, une cabane.
19. Lorsque le riche s'endormira, il n'emportera rien avec lui; il ouvrira les yeux, et il ne trouvera rien.
20. Il sera surpris de la pauvreté comme d'une *inondation*, il sera accablé de la tempête au milieu d'une nuit *profonde*.
21. Un vent brûlant le saisira et l'emportera, il l'enlèvera de sa place comme un tourbillon.
12. *Ecce, vos omnes nostis.* Job, tout en disant qu'il n'y a pas que le méchant qui souffre ici-bas, est cependant d'accord avec ses contradicteurs : c'est que le bonheur de l'impie n'est qu'apparent. Il peut avoir en ce monde beaucoup de succès, mais cette réussite est mauvaise. Souvent elle n'est que passagère. Le bien mal acquis ne profite pas longtemps; la fortune qui repose sur l'injustice s'écroule, et le méchant est puni sinon dans sa personne, du moins dans celle de ses enfants. S'il prospère pendant sa vie, du moins, à la mort, ses yeux s'ouvrent et son réveil est terrible.

9. *Numquid Deus audiet clamorem.* Accidet enim illis quod de Antiocho dicitur II. Machab., 9, 13 : *Orabat autem hic scelestus Dominum, a quo non esset misericordiam consecuturus;* nam impii timore tantum supplicii moventur, non odio sceleris quod amant.
11. *Per manum Dei.* Quæ divina inspiratione docente didici. Vel Deo juvante. Chald. habet, *per prophetiam Dei.* — *Quæ Omnipotens habeat.* Quam ille agendi rationem teneat cum hominibus, quid facere possit, quid velit. August. *quæ disponit Deus.*
12. *Ecce, vos omnes nostis.* Confidenter loquar apud eos, quibus mea oratio neque nova erit, neque inaudita; et qui cum cætera tam acute videant, hac in parte minus quod verum, quodque justum est, perviderunt.
13. *Hæc est pars... impii.* Hic exitus manet impium; hic est fructus quem ex impietate percipiet.
14. *In gladio erunt.* Gladio peribunt.
15. *Qui reliqui fuerint.* Qui gladium evaserint. — *Sepelientur in interitu.* LXX habent, *morte morientur.* Acerba morte extincti sepelientur. Chald. pro *interitu* vertit *pestem.* Absumpti peste. — *Viduæ illius.* Uxores illorum. — *Non plorabunt.* LXX, *viduis eorum nemo miserebitur*, quasi dicat : Non plorabuntur. Sic Psalm., 77. 63 : *Virgines eorum non sunt lamentatæ.*
16. *Quasi terram.* In magna quantitate.
18. *Sicut tinea.* Quæ dum domunculam in putri ligno excavat, sibi perniciem parat; nam lignum debilitat, quo confracto etiam ipsa excutitur et perit. — *Umbraculum.* Quod ad breve tempus durat; nam uvis collectis, aut fructibus agri, tabernaculum dissolvitur.
19. *Cum dormierit.* Cum morietur. — *Aperiet oculos suos.* Postquam dormivit expergefactus, et rerum vanarum discussis imaginibus, cum seipsum intuebitur anima, vere et clare de rebus judicatura.
20. *Quasi aqua.* Quasi repentinus imber viatorem. — *Tempestas.* Venti, imber, grando, fulmina.
21. *Tollet.* Efferet sublimem, sublatum auferet. — *Ventus urens.* LXX habent, καύσων *æstus.* Heb. קדים *quadim*, de quo vide dicta supra, c. 15, n. 2. ' Per hunc ventum urentem mortem intelligit.

22. Et mittet super eum, et non parcet; de manu ejus fugiens fugiet.
23. Stringet super eum manus suas, et sibilabit super illum, intuens locum ejus.
22. *Dieu* enverra sur lui *plaie sur plaie*, et il ne l'épargnera point; il fera tout son possible pour s'enfuir de ses mains;
23. *Alors* celui qui verra le lieu d'où il est tombé frappera des mains, et il sifflera en lui insultant.

CHAPITRE XXVIII.

Suite du dernier discours de Job.

1. Habet argentum venarum suarum principia; et auro locus est, in quo conflatur.
2. Ferrum de terra tollitur; et lapis solutus calore, in æs vertitur.
3. Tempus posuit tenebris, et universorum finem ipse considerat, lapidem quoque caliginis, et umbram mortis.
4. Dividit torrens a populo peregrinante, eos quos oblitus est pes egentis hominis, et invios.
5. Terra, de qua oriebatur panis in loco suo, igni subversa est.
1. L'argent a un principe *et une source* de ses veines, et l'or a un lieu où il se forme;
2. Le fer se tire de la terre; et la pierre étant fondue par la chaleur se change en airain.
3. L'homme a borné le temps des ténèbres : il considère lui-même la fin de toutes choses, et la pierre ensevelie dans l'obscurité et dans l'ombre de la mort.
4. Le torrent immense divise d'avec le peuple voyageur ceux que le pied de l'homme pauvre a oubliés, étant hors de la voie.
5. La terre, d'où le pain naissait comme de son lieu, a été renversée par le feu.

22. *Mittet super eum.* Illam ipsam tempestatem, de qua proxime dictum. — *Ejus.* Tempestatis, vel Dei tempestatem immittentis. — *Fugiens fugiet.* Quantum poterunt fugere fugient, sed non effugient.
23. *Stringet super eum manus suas.* Manuum complosione irridebit impium Deus (nam ut est in Psalm. 2, 4 : *Qui habitat in cœlis irridebit eos, et Dominus subsannabit eos.* ' Vel quicumque impii cladem cognoverit. — *Sibilabit super illum.* Quod etiam ad irrisionem spectat. — *Intuens locum ejus.* Sedem felicitatis, ex qua excidit impius.

CAP. XXVIII. — 2. *Lapis.* Rudis massa metalli, quæ lapidi similis est, et terra admixta igne purgatur, et in æs solvitur. Vide Plinium, lib. 36, c. 27.
3. *Tempus posuit tenebris.* Statuit quando tempore metalla et alias res pretiosas tenebris obrutas esse paterentur. *Universorum finem.* Latendi finem ipse statuit. — *Lapidem... caliginis.* Lapidem pretiosum, aut metallicum, qui latet tenebris et caligine abstrusus, quem eumdem etiam *umbram mortis* appellat, et merito; sunt enim profundissimæ et obscurissimæ cavernæ fodinarum auri, et argenti, et metallorum.
4. *Dividit torrens.* Mare interfluum dividit et separat. — *A populo peregrinante.* A populo longe dissito, apud quem sunt auri argentique metalla. — *Eos quos oblitus est pes egentis hominis.* Quos assequi et assectari non potest pauper, qui longi itineris magnis sumptibus faciendus par esse non potest. Alii aliter locum hunc difficillimum interpretantur. Inter quos Emman. Sa sic explicat *Dividit, etc.*, quasi dicat : Crescit aliquando torrens adeo ut peregrini transire nequeant, et socios consequi, qui prius transierant, tamque longe distant ut possint dari oblivioni. Quod vero dicitur *invios*, idem Emm. Sa eos interpretatur quibus via est interclusa ob inundationem. Porro juxta hanc explicationem cum superioribus versiculis cohæret; significatur enim defluxu et arrosione æquæ torrentis lapides metallicos, qui latuerant, aperiri, et in lucem aliquando proferri. — *Invios.* Mercatores, qui per loca devia ignota confragosa et salebrosa aurum, etc., et res pretiosas quærunt.
5. *Terra, de qua oriebatur panis.* Terra quæ prius arabatur, et frumenti ferax erat, antequam scilicet homines scirent metalla illius sinu contineri. — *In loco suo, igni subversa est.* Nunc retectis metallis effossa est, et propter fornaces conflandis metallis idoneas varie versata et subversa est.

22. *Mittet super eum.* Illam ipsam tempestatem, de qua proxime dictum. — *Ejus.* Tempestatis, vel Dei tempestatem immittentis. — *Fugiens fugiet.* Quantum poterunt fugere fugient, sed non effugient.
23. *Stringet super eum manus suas.* Manuum complosione irridebit impium Deus (nam ut est in Psalm. 2, 4 : *Qui habitat in cœlis irridebit eos, et Dominus subsannabit eos.* ' Vel quicumque impii cladem cognoverit. — *Sibilabit super illum.* Quod etiam ad irrisionem spectat. — *Intuens locum ejus.* Sedem felicitatis, ex qua excidit impius.

CAP. XXVIII. — 2. *Lapis.* Rudis massa metalli, quæ lapidi similis est, et terra admixta igne purgatur, et in æs solvitur. Vide Plinium, lib. 36, c. 27.
3. *Tempus posuit tenebris.* Statuit quando tempore metalla et alias res pretiosas tenebris obrutas esse paterentur. *Universorum finem.* Latendi finem ipse statuit. — *Lapidem... caliginis.* Lapidem pretiosum, aut metallicum, qui latet tenebris et caligine abstrusus, quem eumdem etiam *umbram mortis* appellat, et merito; sunt enim profundissimæ et obscurissimæ cavernæ fodinarum auri, et argenti, et metallorum.
4. *Dividit torrens.* Mare interfluum dividit et separat. — *A populo peregrinante.* A populo longe dissito, apud quem sunt auri argentique metalla. — *Eos quos oblitus est pes egentis hominis.* Quos assequi et assectari non potest pauper, qui longi itineris magnis sumptibus faciendus par esse non potest. Alii aliter locum hunc difficillimum interpretantur. Inter quos Emman. Sa sic explicat *Dividit, etc.*, quasi dicat : Crescit aliquando torrens adeo ut peregrini transire nequeant, et socios consequi, qui prius transierant, tamque longe distant ut possint dari oblivioni. Quod vero dicitur *invios*, idem Emm. Sa eos interpretatur quibus via est interclusa ob inundationem. Porro juxta hanc explicationem cum superioribus versiculis cohæret; significatur enim defluxu et arrosione æquæ torrentis lapides metallicos, qui latuerant, aperiri, et in lucem aliquando proferri. — *Invios.* Mercatores, qui per loca devia ignota confragosa et salebrosa aurum, etc., et res pretiosas quærunt.
5. *Terra, de qua oriebatur panis.* Terra quæ prius arabatur, et frumenti ferax erat, antequam scilicet homines scirent metalla illius sinu contineri. — *In loco suo, igni subversa est.* Nunc retectis metallis effossa est, et propter fornaces conflandis metallis idoneas varie versata et subversa est.

6. *Pour en tirer* le saphir *qui* se trouve dans ses pierres, et l'or de ses moîtes.
7. L'oiseau a ignoré cette route, et l'œil du vautour ne l'a point vue.
8. Les enfants des marchands, n'y ont point marché, et la lionne n'y a point passé :
9. Il a étendu sa main contre les rochers; il a renversé les montagnes jusque dans leurs racines.
10. Il a ouvert les pierres, pour en faire sortir les ruisseaux, et son œil a vu tout ce qu'il y a de précieux.
11. Il a pénétré jusqu'au fond des fleuves, et il a produit au jour les choses *les plus* secrètes.

12. Mais la sagesse, où se trouve-t-elle? et quel est le lieu de l'intelligence?
13. L'homme n'en connaît point le prix, et elle ne se trouve point en la terre de ceux qui vivent dans les délices.
14. L'abîme dit : Elle n'est point en moi; et la mer : Elle n'est point avec moi.
15. Elle ne se donne point pour l'or le plus pur, et elle ne s'achète point au poids de l'argent.

16. On ne la mettra point en comparaison avec *l'or d'Ophir, ni avec* les marchandises des Indes, dont les couleurs sont les plus vives ni avec la sardoine la plus précieuse, ni avec le saphir.
17. On ne lui égalera point l'or ni le cristal, et on ne la donnera point en échange pour des vases d'or.
18. Ce qu'il y a de *plus* grand et de *plus* élevé

6. Locus sapphiri lapides ejus, et glebæ illius aurum.
7. Semitam ignorabit avis, nec intuitus est eam oculus vulturis.
8. Non calcaverunt eam filii institorum, nec pertransivit per eam leæna.
9. Ad silicem extendit manum suam, subvertit a radicibus montes.
10. In petris rivos excidit, et omne pretiosum vidit oculus ejus.

11. Profunda quoque fluviorum scrutatus est, et abscondita in lucem produxit.
12. Sapientia vero ubi invenitur? et quis est locus intelligentiæ?
13. Nescit homo pretium ejus, nec invenitur in terra suaviter viventium.

14. Abyssus dicit : Non est in me; et mare loquitur : Non est mecum.
15. *a* Non dabitur aurum obrizum pro ea, nec appendetur argentum in commutatione ejus. [a *Sap.* 7. 9.]
16. Non conferetur tinctis Indiæ coloribus, nec lapidi sardonycho pretiosissimo, vel sapphiro.

17. Non adæquabitur ei aurum vel vitrum, nec commutabuntur pro ea vasa auri.
18. Excelsa et eminentia non memo-

11. *Profunda quoque fluviorum.* Dans ce tableau, on peut se faire une idée de l'état de la métallurgie à cette époque. On voit que l'on était sorti de l'âge de pierre, et qu'on se trouvait tout à la fois dans l'âge d'airain et l'âge de fer.

13. *Nescit homo pretium ejus.* Cette description de la Sagesse éternelle a beaucoup d'analogie avec celle qui se trouve aux Proverbes, chap. VIII. Cette Sagesse éternelle est le Verbe par lequel Dieu a tout fait. Job dit (vers. 27) que Dieu l'a vue, comme l'idée sur laquelle il voulait créer toutes choses; il l'a découverte aux anges et aux hommes, comme le modèle de toute perfection; il l'a préparée pour être en eux le principe de toutes lumières, de toutes grâces et de toute sainteté; et il l'a recherchée et consultée, comme l'art divin par lequel il devait opérer toutes ces merveilles.

6. *Locus sapphiri lapides ejus.* Est terra et locus in quo proveniunt sapphiri vel qui sapphiris quasi lapidibus abundat. — *Glebæ illius aurum.* Terræ illius sapphiferæ glebæ auro mixtæ sunt. Vel, ut in hebræo est, *pulveres illius sunt auriferi.* Non enim sapphiri alibi quam in terra aurifera inveniuntur.

7. *Semitam ignoravit avis.* Adeo abstrusis et remotis quibusdam locis metallorum fodinæ sunt, ut quodammodo avibus ipsis sint incognitæ et inviæ.

8. *Filii institorum.* Institores, mercatores.

9. *Ad silicem extendit manum suam.* Is qui metalli venas quærit.

10. *In petris rivos excidit.* Alte terram et montium lapides effodit, donec scaturigines aquarum subterranearum nancisceretur.

12. *Sapientia vero ubi invenitur?* Quasi dicat : Aurum quæritur et invenitur in aurifodinis; non sic sapientia.

13. *In terra suaviter viventium.* Nam qui luxum et voluptates sectantur, longe sunt a sapientia.

14. *Abyssus.* Maris profunditas.

15. *Non dabitur.* Sapientia pecunia emi non potest. — *Obrizum.* Vide infra, c. 31, n. 24.

16. *Non conferetur.* Est enim multo pretiosior quam sint lapilli pretiosi ex India advecti, variis coloribus versantes.

17. *Vitrum.* Crystallum intelligit, aut adamantem, qui lapides vitro similes sunt. Alii, ut vox sonat, de vitro ipso accipiunt, quod olim fuit in pretio.

18. *Excelsa et eminentia.* Quæ excellunt et eminent, et propter pretium commendantur. Τὰ *excelsa* in Hebr. est רמות *romoth*, quam vocem aliqui *cornua rhinocerotis*, significare volunt. Τὸ vero *eminentia* in Hebr. in גבים *gobis*, quam vocem Pagninus et alii *unionem* vertunt. — *Trahitur autem sapientia de occultis.* Hebræus apud Cajet. vertit : *Tractus sapientiæ plus quam margaritarum*, id est, extractio et investigatio sapientiæ pluris facienda investigatione margaritarum. — *De occultis.* Hebr. est מפנינים *mippeninim*, id est, *præ margaritis*, quas occultas vocavit Vulgatus, quia gemmæ et uniones obviæ non sunt, sed a natura ipsa abditæ et abstrusæ.

rabuntur comparatione ejus; trahitur autem sapientia de occultis.
19. Non adæquabitur ei topazius de Æthiopia, nec tincturæ mundissimæ comparetur.
20. Unde ergo sapientia venit? et quis est locus intelligentiæ?
21. Abscondita est ab oculis omnium viventium, volucres quoque cœli latet.

22. Perditio et mors dixerunt : Auribus nostris audivimus famam ejus.
23. Deus intelligit viam ejus, et ipse novit locum illius.
24. Ipse enim fines mundi intuetur; et omnia, quæ sub cœlo sunt, respicit.

25. Qui fecit ventis pondus, et aquas appendit in mensura.
26. Quando ponebat pluviis legem, et viam procellis sonantibus;

27. Tunc vidit illam, et enarravit, et præparavit, et investigavit.
28. Et dixit homini : Ecce timor Domini, ipsa est sapientia; et recedere a malo, intelligentia.

ne sera pas seulement nommé auprès d'elle; mais la sagesse a une secrète origine.
19. On ne la comparera point avec la topaze de l'Éthiopie, ni avec les teintures les plus éclatantes.
20. D'où vient donc la sagesse? et où l'intelligence se trouve-t-elle?
21. Elle est cachée aux yeux de tous ceux qui vivent *sur la terre;* elle est inconnue aux oiseaux mêmes du ciel.
22. La perdition et la mort, ont dit : Nous avons ouï parler d'elle.
23. C'est Dieu *seul* qui comprend quelle est sa voie; c'est lui qui connaît le lieu où elle habite.
24. Car il voit le monde d'une extrémité à l'autre, et il considère tout ce qui se passe sous le ciel.
25. C'est lui qui a donné du poids aux vents, et c'est lui qui a pesé et mesuré l'eau.
26. Lorsqu'il prescrivait une loi aux pluies, lorsqu'il marquait un chemin aux foudres et aux tempêtes,
27. C'est alors qu'il l'a vue, qu'il l'a découverte qu'il l'a préparée, et qu'il l'a recherchée.
28. Et il a dit à l'homme : La sagesse est de craindre le Seigneur; et l'intelligence est de se retirer du mal.

CHAPITRE XXIX.

Suite du discours de Job.

1. Addidit quoque Job, assumens parabolam suam, et dixit :
2. Quis mihi tribuat, ut sim juxta menses pristinos, secundum dies quibus Deus custodiebat me?
3. Quando splendebat lucerna ejus super caput meum, et ad lumen ejus ambulabam in tenebris?

1. Job prenant la parole, continua son discours figuré, et dit :
2. Qui m'accordera d'être comme j'ai été autrefois, comme j'étais dans ces jours où Dieu prenait soin de me garder?
3. Lorsque sa lampe luisait sur ma tête, et que je marchais dans les ténèbres à *la lueur* de sa lumière?

28. *Ecce timor Domini, ipsa est sapientia.* Cette sagesse est la sagesse pratique de l'homme; elle consiste d'abord à craindre Dieu et ensuite à s'éloigner du mal en raison de cette crainte : *Initium sapientiæ, timor Domini* (Eccli., I, 16).

Cap. XXIX. — 1. *Addidit quoque Job.* D'après la marche du poème, ce serait à Sophar à prendre la parole. Peut-être que ce discours a été perdu. Alors on aura marqué la pause que fait Job par ce mot *addidit.* Les idées générales qu'il a émises précédemment n'ayant pas fait d'impression sur le cœur de ses amis, il revient sur son passé et se justifie en rappelant le bien qu'il a fait.

19. *Tincturæ mundissimæ.* Variis coloribus tinctis lapidibus pretiosis. Vide dicta n. 16. Vel de vestibus pretiosis coloribus infectis intelligo.

22. *Perditio et mors dixerunt.* Sententiam esse puto sapientiam longe a nobis esse dissitam, et habitare quodammodo in remotissimis locis. Porro loca remotissima *perditio* et *mors* dicuntur, quod qui illuc se conferunt periculum mortis subeant propter longam peregrinationem, etc. Itali eum quem ex remotissima regione venisse significare volunt, dicunt proverbiali schemate : *Et venuto da casa del diavolo.* — *Auribus nostris audivimus famam ejus.* Ubi sedem habeat sapientia non est nobis plane ignotum.

25. *Pondus.* LXX, *libramentum.* Certam vim eis dando, et præscribendo quando, quatenus, et quantum spirare debeant. — *Aquas appendit in mensura.* — Aquæ globum definitæ cujusdam mensuræ facienti, et littoribus coercens.

26. *Viam procellis sonantibus.* Venti enim, procellæ et tempestates, quæ vago et incerto cursu ferri videntur, viam tenent quam illis præscripsit Dominus.

27. *Tunc vidit illam.* Cum Deus mundum condidit, tunc veram ostendit docuitque sapientiæ viam, et rationem illam parandi et investigandi tradidit homini. — *Investigavit.* Investigare docuit.

28. *Homini.* Adamo. — *Ecce timor Domini.* LXX habent, θεοσέβεια, *Dei cultus*, religio, pietas in Deum vera et germana, hæc est sapientia. — *Recedere a malo, intelligentia.* Recedere a malo est sapere.

Cap. XXIX. — 1. *Assumens parabolam.* Vide dicta c. 27, n. 1.

2. *Juxta menses pristinos.* Cum scilicet bonis omnibus affluebam. — *Deus custodiebat me.* Nec sinebat me patere incursibus tot erumnarum.

3. *Lucerna ejus.* Lucerna divini favoris et benevolentiæ. — *Ad lumen ejus ambulabam in tenebris.* Favor divinus mihi in rebus difficilibus aderat, eoque adjutus, quidquid arduum occurrebat superabam.

4. Comme j'étais aux jours de ma jeunesse, lorsque Dieu habitait en secret dans ma maison,

5. Lorsque le Tout-Puissant était avec moi, et toute ma famille autour de moi;

6. Lorsque je lavais mes pieds dans le beurre, et que la pierre répandait pour moi des ruisseaux d'huile;

7. Lorsque j'allais à la porte de la ville, et qu'on me préparait un siége dans la place publique;

8. Les jeunes gens, me voyant, se retiraient; et les vieillards, se levant, se tenaient debout.

9. Les princes cessaient de parler; ils mettaient le doigt sur leur bouche.

10. Les grands s'imposaient silence, et leur langue demeurait attachée à leur palais.

11. L'oreille qui m'écoutait me publiait bienheureux, et l'œil qui me voyait me rendait témoignage

12. Que j'avais délivré le pauvre qui criait, et l'orphelin qui n'avait personne pour le secourir.

13. Celui qui était près de périr me comblait de bénédictions, et je remplissais de consolation le cœur de la veuve.

14. Je me suis revêtu de la justice; et l'équité m'a servi comme d'un vêtement royal et d'un diadême.

4. Sicut fui in diebus adolescentiæ meæ, quando secreto Deus erat in tabernaculo meo?

5. Quando erat Omnipotens mecum: et in circuitu meo pueri mei?

6. Quando lavabam pedes meos butyro, et petra fundebat mihi rivos olei?

7. Quando procedebam ad portam civitatis, et in platea parabant cathedram mihi?

8. Videbant me juvenes, et abscondebantur; et senes assurgentes stabant.

9. Principes cessabant loqui, et digitum superponebant ori suo.

10. Vocem suam cohibebant duces, et lingua eorum gutturi suo adhærebat.

11. Auris audiens beatificabat me, et oculus videns testimonium reddebat mihi

12. Eo quod liberassem pauperem vociferantem, et pupillum, cui non esset adjutor.

13. Benedictio perituri super me veniebat, et cor viduæ consolatus sum.

14. Justitia indutus sum; et vestivi me, sicut vestimento et diademate, judicio meo.

6. *Quando lavabam pedes meos butyro.* En faisant le tableau de sa félicité passée, Job nous montre d'abord l'abondance dans laquelle il se trouvait. Il nageait dans le lait, et lavait pour ainsi dire ses pieds dans le beurre, à cause de la multitude de ses troupeaux. Les terrains pierreux étaient couverts d'oliviers, et ces oliviers étaient si chargés de fruits qu'on pouvait dire en quelque sorte qu'il sortait de là des ruisseaux d'huile. A la richesse s'attachaient naturellement le respect et la considération que l'on a toujours pour les riches et les puissants.

12. *Eo quod liberassem pauperem.* Lorsqu'il avait précisé ses accusations contre Job, Eliphaz lui avait reproché d'avoir été injuste dans ses jugements, de s'être montré dur et cruel envers le pauvre, d'avoir méconnu les droits de la veuve et de l'orphelin (Vid. supr., XXII, 6 et suiv.). Job, en faisant l'histoire de son passé, rappelle que quand il était dans la prospérité, on tenait sur son compte un tout autre langage. Ceux qui le voyaient disaient, au contraire, qu'il était impartial dans ses arrêts, qu'il ne faisait pas d'acception de personne, et il rappelle sa bonté envers les pauvres : *Pater eram pauperum.* Ce mot dit tout.

4. *Quando secreto Deus erat in tabernaculo meo* LXX habent, *cum Deus visitationem faciebat domus meæ.* Alii legunt, *dum esset societas Dei super tabernaculum meum*, cum scilicet Deus mecum familiariter agebat, sua mihi communicabat secreta, et multis modis fovebat.

5. *Quando erat Omnipotens mecum.* Inculcatio est ejusdem divini favoris, LXX peculiarior de divitiis intelligunt; habent enim, *cum eram materiatus nimis*, græce, ὑλόφης. *Cum mihi*, inquit Scoliastes, *materies divitiarum suppetebat, etc.* — *Pueri mei.* Filii, vel famuli mei.

6. *Lavabam pedes meos butyro.* Lavare poteram, tanta ejus copia suppetebat; LXX habent, *fluebant vice meæ butyro, et montes mei fluebant lacte*, id est tanta erat copia numerusque meorum gregum, ut quocumque me verterem, viderem notas lactis ex distentis uberibus diffluentis, indeque flebat ut tingerem pedes lacte et butyro. — *Petra fundebat mihi rivos olei.* Pretiosi et lapidosi montes olcis abundantes. Cajet. et Emman. Sa de petra torcularis explicant.

7. *Ad portam civitatis.* Ubi forum erat et prætorium ex antiquo ritu. — *Parabant cathedram mihi.* Tanquam viro primario, aut principi.

8. *Abscondebantur.* Præ reverentia.

9. *Principes.* LXX, *potentes*, proceres ipsi.

11. *Auris audiens beatificabat me.* Ut mulier illa evangelica, quæ audito Christo dicebat: *Beatus venter qui te portavit, et ubera quæ suxisti.* Lucæ 11, 27. — *Testimonium reddebat mihi.* Integritatem meam extollendo.

12. *Vociferantem.* Auxilium meum implorantem.

13. *Perituri.* Periclitantis, qui proxime aberat a magno periculo. — *Super me veniebat.* Mihi enim bene precabatur, et laudabat me, quod illi in necessitate præsto fuissem. — *Viduæ.* Afflictæ et mœrentis.

14. *Justitia indutus sum.* Quod idem repetit et explicat sequenti particula, cum ait : *Vestivi me, sicut vestimento.* LXX, *sicut diploide*, vel *sicut pallio*, quod scilicet totum hominem tegit, quasi dicat : Justitia in actionibus et judiciis meis omni ex parte apparebat et eminebat. — *Diademate, judicio meo.* Meum decus et ornamentum erat recte judicare, hoc gaudebam, hoc gloriabar.

15. Oculus fui cæco, et pes claudo.

16. Pater eram pauperum; et causam quam nesciebam, diligentissime investigabam.

17. Conterebam molas iniqui, et de dentibus illius auferebam prædam.

18. Dicebamque : In nidulo meo moriar, et sicut palma multiplicabo dies.

19. Radix mea aperta est secus aquas et ros morabitur in messione mea.

20. Gloria mea semper innovabitur, et arcus meus in manu mea instaurabitur.

21. Qui me audiebant, expectabant sententiam, et intenti tacebant ad consilium meum.

22. Verbis meis addere nihil audebant, et super illos stillabat eloquium meum.

23. Expectabant me sicut pluviam, et os suum aperiebant quasi ad imbrem serotinum.

24. Si quando ridebam ad eos, non credebant et lux vultus mei non cadebat in terram.

25. Si voluissem ire ad eos, sedebam primus; cumque sederem quasi rex, circumstante exercitu, eram tamen mœrentium consolator.

15. J'ai été l'œil de l'aveugle et le pied du boiteux.

16. J'étais le père des pauvres; je m'instruisais avec un extrême soin des affaires que je ne savais pas.

17. Je brisais les mâchoires de l'injuste, et je lui arrachais sa proie d'entre les dents.

18. Je disais alors : Je mourrai *en paix* dans le petit nid que je me suis fait, et je multiplierai mes jours comme le palmier.

19. Je suis comme un arbre dont la racine s'étend le long des eaux; et la rosée se reposera sur mes branches.

20. Ma gloire se renouvellera de jour en jour; mon arc se fortifiera dans ma main.

21. Ceux qui m'écoutaient attendaient que j'eusse parlé, et ils recevaient mon avis avec un silence plein de respect.

22. Ils n'osaient rien ajouter à mes paroles, et elles tombaient sur eux comme les gouttes de la rosée.

23. Ils me souhaitaient comme l'eau du ciel; et leur bouche s'ouvrait comme aux pluies de l'arrière-saison.

24. Si je riais quelquefois avec eux, ils ne pouvaient pas le croire, la lumière de mon visage ne tombait point à terre.

25. Si je voulais aller parmi eux, je prenais ma place au-dessus de tous; et lorsque j'étais assis comme un roi au milieu des gardes qui m'environnaient, je ne laissais pas d'être le consolateur des affligés.

24. *Si quando ridebam ad eos.* De la part de celui qui a le pouvoir et la richesse, la moindre attention est remarquée. Il suffit qu'il sourie à quelqu'un, pour que cette personne en soit heureuse. Job nous dit qu'il le faisait volontiers, et qu'il donnait ces marques de bonté sans rien perdre de son autorité, et qu'au lieu d'être superbe et dédaigneux, comme le sont trop souvent les grands, il aimait à tempérer l'éclat de sa grandeur et de sa majesté par une condescendance et une familiarité qui lui gagnaient tous les cœurs.

15. *Oculus fui cæco.* Consilio omnes, ut potui, juvi. — *Pes claudo.* Studium meum fuit egentium imbecillitatem fulcire.

16. *Diligentissime investigabam.* Ne forte contra eum pronuntiarem, cujus jus potius erat.

17. *Molas.* Dentes molares, potentiam et violentiam comprimebam. — *Prædam.* Injuste partam per pauperum, viduarum, aut pupillorum oppressionem.

18. *Dicebamque.* In animo meo cogitabam. — *In nidulo meo.* Quiete, pacate, et domi mæe. — *Sicut palma.* LXX habent, *sicut truncus palmæ.* Est autem palma arbor admodum vivax. Aliqui vertunt, *sicut phœnix*; nam apud Græcos, φοίνιξ utrumque significat, palmam scilicet, et phœnicem avem, quod etiam significare volunt aliqui hebræam vocem חול *hol*, quam tamen alibi noster interpres *arenam* vertit; ideoque non desunt qui hoc loco legant : *Sicut arena multiplicabo dies.* Verius et noster interpres et LXX pro arbore acceperunt, ut patet ex eorum interpretatione.

19. *Radix mea.* Est eadem felicitas quæ viro justo tributur Psalmo 1, n. 3, cum dicitur : *Erit tanquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum*, etc. — *Aperta.* Ita ut aqua ad illam possit accedere. — *Ros morabitur in messione mea.* Aer enim roridus messi commodus est, nimia autem siccitas adversa; tunc enim grana e spicis facillius cadunt. Sic Isaias c. 18, 4, in bono posuit rorem tempore messis, cum ait : *Sicut nubes roris in die messis.*

20. *Gloria mea semper innovabitur.* Putabam gloriam meam nullis unquam adversis posse obsolescere. — *Arcus.* Robur intelligit et potentiam.

21. *Expectabant sententiam.* In judicio enim et voluntate mea acquiescebant.

22. *Stillabat eloquium meum.* In morem sedatæ pluviæ arvis gratæ fundebatur.

23. *Pluviam.* Desideratam, et opportunam. — *Os suum aperiebant.* Ut illi facere solent qui valde attente audiunt. — *Imbrem serotinum.* De imbre serotino et temporaneo vide dicta Deut. 11, 14.

24. *Si quando ridebam ad eos, non credebant.* Si illis arrisissem, non tamen audebant familiarius mecum agere, sed nihilominus meam reverebantur auctoritatem. Non enim credebant me illis potestatem facere ut liberius solito agerent. — *Lux vultus mei.* Majestas oris et auctoritas. — *Non cadebat in terram.* Nihil ex illa peribat.

25. *Si voluissem ire ad eos.* Cum subditos meos adibam, primo et honestissimo loco sedebam ut princeps.

CHAPITRE XXX.

Suite du dernier discours de Job.

1. Mais maintenant je suis méprisé par des personnes plus jeunes que moi, dont je n'aurais pas daigné mettre les pères avec les chiens de mon troupeau :

2. Dont la force et le travail des mains étaient moins que rien à mon égard, et qui étaient même regardés comme indignes de la vie;

3. Des gens tout secs de faim et de pauvreté, qui allaient ronger dans un désert, dont l'affliction et la misère avaient défiguré le visage;

4. Qui mangeaient l'herbe et les écorces des arbres, et qui se nourrissaient des racines de genièvres;

5. Qui allaient ravir ces choses dans le fond des vallées, et qui, en ayant trouvé quelqu'une, y accouraient avec de grands cris de joie;

6. Qui habitaient dans les creux des torrents, dans les cavernes de la terre, ou dans les rochers;

7. Qui trouvaient même leur joie dans cet état, et qui faisaient leurs délices d'être sous les ronces et les épines;

8. Ces hommes, *dis-je*, dont les pères sont des insensés et de la naissance la plus basse, qui sont le mépris et le rebut de la terre,

9. Je suis devenu le sujet de leurs chansons; je suis l'objet de leurs railleries.

1. Nunc autem derident me juniores tempore, quorum non dignabar patres ponere cum canibus gregis mei;

2. Quorum virtus manuum mihi erat pro nihilo, et vita ipsa putabantur indigni.

3. Egestate et fame steriles, qui rodebant in solitudine, squalentes calamitate et miseria;

4. Et mandebant herbas, et arborum cortices, et radix juniperorum erat cibus eorum;

5. Qui de convallibus ista rapientes, cum singula reperissent, ad ea cum clamore currebant;

6. In desertis habitabant torrentium, et in cavernis terræ, vel super glaream;

7. Qui inter hujuscemodi lætabantur, et esse sub sentibus delicias computabant;

8. Filii stultorum et ignobilium, et in terra penitus non parentes,

9. Nunc in eorum canticum versus* sum, et factus sum eis in proverbium.

Cap. XXX. — 1. *Nunc autem derident me juniores.* Saint Grégoire, prenant ces paroles dans un sens spirituel, dit que les hérétiques, comparés à l'Eglise de Jésus-Christ, doivent être regardés comme plus jeunes, puisqu'ils sont eux-mêmes sortis de l'Eglise. Quoique plus jeunes qu'elle, ils s'en moquent néanmoins, et la méprisent, lorsqu'après l'avoir quittée, ils insultent à sa doctrine. Il est vrai encore qu'elle n'a jamais daigné mettre leurs pères au rang des chiens de son troupeau. Car le troupeau de la sainte Eglise, c'est la multitude des fidèles. Et les saints Docteurs sont appelés les chiens fidèles de ce troupeau, parce qu'ils en étaient les gardiens. Ce qui fait qu'un saint prophète reproche la lâcheté des faux prophètes d'Israël en les appelant des chiens muets qui ne pouvaient aboyer. L'Eglise n'a donc jamais cru devoir mettre au rang de ses vrais pasteurs et des chiens fidèles destinés pour la garde du troupeau, les Arius, les Macédonius, les Nestorius et tous ces inventeurs de dogmes pervers qu'elle a dû retrancher de son sein.

9. *Factus sum eis in proverbium.* C'est là le tort de tous ceux qui tombent de haut. Plus leur position a été brillante, et plus sont amères les injures qu'on leur adresse. Le dernier des hommes se croit le droit d'insulter à leur misère et de charger le tableau.

Cap. XXX. — 1. *Ponere cum canibus gregis mei.* Quibus canum meorum cura committerotur. Ita Chrysost. Hoc non dicitur a Job per contemptum, fuit enim mitissimus erga omnes, comis et urbanus, sed ut eorum vilitatem ostendat. Alii sensum esse volunt : quibus non perinde ut canibus meis rerum copia suppeditabat; ita Nicetas. Alii *ponere cum canibus* putant esse proverbium, et sensum esse : non dignabar eorum parentes eo loco et numero habere quo pastoritios canes meos; ita ex recentioribus Sanchez.

2. *Virtus manuum.* Agendi facultas, actiones ipsæ, vires et robur. — *Mihi erat pro nihilo.* Nihil faciebam.

3. *Fame steriles.* Pagninus vertit, *propter penuriam, et propter esurien solitarii errant.* Vatabl. *coacti fame fugiebant ad locum siccum et arenosum.* Nimirum aliquid quæsituri quo famem sedarent. — *Qui rodebant in solitudine.* Aut cortices, aut radices arborum et herbarum.

4. *Radix juniperorum.* In Hebr. est, רתמים *rethamim*, quam alii aliter vertunt : sunt enim qui רתם *rotheni* juniperum significare velint, sunt etiam qui genistam esse putent. An vero radices juniperorum esui aptæ sint non invenio. Fortasse in Idumæa et Arabia illum usum habere aliquo modo potuerunt, præsertim apud admodum pauperes.

5. *Ista.* Herbarum et juniperorum radices, arborumque cortices. — *Ad ea cum clamore currebant.* Alter alteri præripere studentes.

6. *Super glaream.* Torrentium, quorum paulo ante meminerat.

7. *Inter hujuscemodi...* Has miserias delicias putabant præ paupertate.

8. *Parentes.* Apparentes, viles, sine honore.

9. *Canticum.* Fabula, ludibrium, quasi dicat : Componunt de me cantilenas, ut fit de miseris et ridiculis. — *In proverbium.* Job enim infortunium proverbio usurpabant, ut significarent magnam aliquam et meritis illatam calamitatem. Vel simpliciter sensus est : versor frequenter in ore illorum, qui me rident et subsannant.

10. Abominantur me, et longe fugiunt à me, et faciem meam conspuere non verentur.

11. Pharetram enim suam aperuit, et afflixit me, et frenum posuit in os meum.

12. Ad dexteram orientis calamitates meæ illico surrexerunt; pedes meos subverterunt, et oppresserunt quasi fluctibus semitis suis.

13. Dissipaverunt itinera mea, insidiati sunt mihi, et prævaluerunt, et non fuit qui ferret auxilium.

14. Quasi rupto muro, et aperta janua, irruerunt super me, et ad meas miserias devoluti sunt.

15. Redactus sum in nihilum; abstulisti quasi ventus desiderium meum; et velut nubes portransiit salus mea.

16. Nunc autem in memetipso marcessit anima mea, et possident me dies afflictionis.

17. Nocte os meum perforatur doloribus; et qui me comedunt, non dormiunt.

18. In multitudine eorum consumitur vestimentum meum, et quasi capitio tunicæ succinxerunt me.

19. Comparatus sum luto, et assimilatus sum favillæ et cineri.

20. Clamo ad te, et non exaudis me; sto, et non respicis me.

21. Mutatus es mihi in crudelem, et in duritia manus tuæ adversaris mihi.

10. Ils m'ont en horreur, et ils fuient loin de moi : ils ne craignent pas de me cracher au visage.

11. Car *Dieu* a ouvert son carquois pour me percer de douleur, il a mis un frein à ma bouche.

12. Aussitôt mes maux se sont élevés à côté de moi, m'ont renversé par terre, et ils m'ont foulé aux pieds, comme par les flots.

13. Ils ont rompu les chemins par où je marchais, ils m'ont dressé des piéges, ils ont eu *sur moi* l'avantage; et il ne s'est trouvé personne pour me secourir.

14. Ils se sont jetés sur moi comme par la brèche d'une muraille et par une porte ouverte; et ils sont venus en foule m'accabler de misères.

15. J'ai été réduit dans le néant, vous avez emporté comme un tourbillon ce qui m'était le plus cher, et *ce qui faisait le bonheur de* ma vie a passé comme un nuage.

16. Mon âme est maintenant toute languissante en moi-même, et je suis tout possédé des maux qui m'accablent.

17. Mes douleurs pendant la nuit transpercent mes os; et les vers qui me dévorent ne dorment point.

18. Leur multitude consume mon vêtement; et ils m'environnent de toutes parts, et me couvrent comme le capuchon d'une tunique.

19. Je suis devenu comme de la boue; je suis semblable à la poussière et à la cendre.

20. Je crie vers vous, *ô mon Dieu*, et vous ne m'écoutez point : je me tiens devant vous, et vous ne me regardez point.

21. Vous êtes changé à mon égard, vous m'êtes devenu cruel, et vous employez la dureté de votre main pour me combattre.

11. *Frenum posuit in os meum.* Cette métaphore peut indiquer que Dieu a arrêté Job dans sa course en mettant tout à coup un terme à sa prospérité, ou qu'il lui a imposé silence en l'empêchant, dans l'excès de ses maux, de trouver de quoi répondre à ses ennemis qui l'accablent de leurs reproches et qui le foulent aux pieds par la violence de leurs attaques qu'il compare aux flots redoubles d'une mer en furie.

10. *Faciem meam conspuere.* Aliqui putant conspuendi metaphora injurias et contumelias in Jobum jactatas significari. Verior et communior sententia est revera a vilibus hisce hominciobus Job consputum fuisse, qua in re Christi fuit egregia figura, qui idem passus est.

11. *Aperuit.* Deus scilicet. Eadem metaphora sagittarum usus est David Psalm. 37, 3 : *Quoniam sagittæ tuæ infixæ sunt mihi.* — *Frenum posuit in os meum.* Ut fieri solet cum ferocibus equis quos domare volumus.

12. *Ad dexteram.* Pagnin. ex Hebr. ita vertit : *Juxta dexteram pueri steterunt, pedes meos impulerunt, et fecerunt super me semitas contritionis suæ.* Sententia esse videtur, opposito pede suo, pedes meos supplantaverunt ut caderem. Vox Hebr. quem Pagnin. vertit *puer*, et Vulgat. *orientis*, est פרחח *pirchach*, quæ germen erumpens significat, aut florem, et per metaphoram pueros, qui quasi nova sunt hominum germina. Vulgatæ ergo sensus esse potest : *ad dexteram orientis*, aut germinis, id est, simul cum orientibus malis meis, cum primum in me morbi et alia infortunia germinarunt, cum efflorult lepra, etc., adfuerunt etiam calamitates mihi infestæ, inter quas non ultimum habet locum adolescentum licentia et lascivia, qui illuserunt mihi, etc.

13. *Dissipaverunt.* Corruperunt, subverterunt. — *Itinera.* Studia, opera : quidquid vellem, quidquid pararem, dissiparunt.

14. *Ad meas miserias.* Ut me miserum facerent. — *Devoluti sunt.* In me irruerunt ad eum modum quo gravia saxa magno impetu per declive rotantur, et in subjectam planitiem devoluntur.

15. *Abstulisti.* Deus scilicet. — *Desiderium meum.* Quæ optabam; res mihi charissimas. — *Velut nubes.* Quæ facile vento solvitur. — *Salus mea.* Incolumitas et florens status.

16. *Marcessit anima mea.* Vita, corpus meum tabescit, diffluit, corrumpitur doloribus et morbis.

17. *Os meum.* Ossa mea. — *Qui me comedunt.* Vermes, aut dolores.

18. *Consumitur.* Putredine et sanie. — *Quasi capitio.* Immensa enim vermiculorum multitudo per collum sursum repens, quasi capitium Jobi capiti induebat.

19. *Comparatus sum luto.* Adeo sordibus scateo, ut cum villisimis et sordidissimis rebus, cinere et luto conferri possim.

21. *Mutatus es mihi in crudelem.* Ita mecum agis ac si crudelis esses.

22. Vous m'avez élevé; et me tenant comme suspendu en l'air, vous m'avez entièrement brisé.
23. Je sais que vous me livrerez à la mort, où est marquée la demeure de tous ceux qui vivent.
24. Vous n'étendez pas votre main sur eux jusqu'à les consumer entièrement; car, lorsqu'ils sont abattus, vous les sauvez.
25. *Car* je pleurais autrefois sur celui qui était affligé, et mon âme était compatissante envers le pauvre.
26. J'attendais les biens, et les maux sont venus *fondre* sur moi; j'espérais la lumière, et les ténèbres m'ont enveloppé.
27. Un feu brûle dans mes entrailles, sans me donner aucun repos; les jours de l'affliction m'ont prévenu.
28. Je marchais tout triste, sans me laisser aller à l'emportement; je me levais et je poussais des cris au milieu du peuple.
29. J'ai été le frère des dragons et le compagnon des autruches.
30. Ma peau est devenue toute noire sur ma chair, et mes os sont desséchés dans l'ardeur qui me consume.
31. Ma harpe s'est changée en de tristes plaintes, et mes instruments de musique en des voix lugubres.

22. Elevasti me, et quasi super ventum ponens elisisti me valide.
23. Scio quia morti trades me, ubi constituta est domus omni viventi.
24. Verumtamen non ad consumptionem eorum extendis manum tuam; et si corruerint, ipse salvabis.
25. Flebam quondam super eo qui afflictus erat; et compatiebatur anima mea pauperi.
26. Expectabam bona, et venerunt mihi mala; præstolabar lucem, et eruperunt tenebræ.
27. Interiora mea efferbuerunt absque ulla requie, prævenerunt me dies afflictionis.
28. Mœrens incedebam, sine furore; consurgens, in turba clamabam.
29. Frater fui draconum, et socius struthionum.
30. Cutis mea denigrata est super me, et ossa mea aruerunt præ caumate.
31. Versa est in luctum cithara mea, et organum meum in vocem flentium.

CHAPITRE XXXI.

Dernières paroles de Job.

1. Car j'ai fait un accord avec mes yeux pour ne penser pas seulement à une vierge.

1. Pepigi fœdus cum oculis meis, ut ne cogitarem quidem de virgine.

24. *Verumtamen non ad consumptionem eorum.* A la fin de ses souffrances comme au commencement, Job reconnaît que ses maux viennent de Dieu. Il ne les attribue ni à Satan, ni aux Chaldéens, parce qu'il ne voit dans tous ses ennemis, que les instruments de la Providence. La mort mettra nécessairement un terme à ses maux. Mais à peine a-t-il prononcé ce mot, qu'il voit la miséricorde de Dieu s'étendant sur tous les affligés. « Vous ne les punissez pas, dit-il, jusqu'à leur entier anéantissement, vous les sauvez lorsqu'ils sont abattus. Ne dois-je pas espérer de votre bonté la même faveur? N'aurez-vous pas compassion de ma misère, en considération de ce que j'ai été autrefois moi-même pour les malheureux. Car je pleurais autrefois, etc. (vers. 28). »

CAP. XXXI. — 1. *Pepigi fœdus.* J'ai fait un pacte avec mes yeux, dit Job, c'est-à-dire, j'ai pris la forte résolution de ne leur point accorder la liberté de regarder une vierge, beaucoup moins une femme qui soit mariée, de peur que de ce regard il ne m'en vînt une pensée contre moi et la pureté. Et j'ai fait ce pacte non-seulement depuis mon affliction, puisque l'état où je suis ne me permet point de penser à autre chose qu'à ma douleur; mais dès le temps de ma plus grande prospérité où j'étais plus obligé de veiller sur moi pour me défendre de l'attrait impur des sens. Pour conserver l'âme dans sa pureté, il faut répri-

22. *Super ventum.* Loco editissimo. — *Elisisti me valide.* Videris me prius extulisse, ut gravior et nocentior esset ruina.
24. *Non ad consumptionem eorum.* Sensus esse potest: non omnino perdis; nam immortalis est anima, et licet morto corruam, tu tamen restitues vitæ. Aliqui illud, *si corruerint*, de oratione interpretantur hoc modo: Non plane homines perdis; nam si ad te preces fuderint, salutem impertis. Potest etiam esse sententia: non emittis manum tuam ad consumptionem eorum, scilicet hominum qui cum misero vitæ statu conflictantur, qui si corruerent morte absumpti, ipsam mortem, qua malis eriperentur, loco salutis et ingentis boni haberent.
26. *Expectabam bona.* Quia nimirum in miseros et egentes misericors fueram.
27. *Efferbuerunt.* Æstu et cruciatu mea uruntur præcordia.
28. *Mœrens incedebam, sine furore.* Bonis et liberis orbatus dolui, sed non excandui. — *Clamabam.* Ad solandum et lovandum dolorem meum.
29. *Frater fui draconum.* Similis fui draconibus; nam ut illi cum vincuntur et opprimuntur ab elephantis, horribiliter sibilant, ut tradit hoc loco. D. Hieron.; ita ego malis pressus multum dolui et clamavi. — *Socius struthionum.* Pulli enim struthionum a matribus derelicti vehementer dolent, et clamant præ fame: vide Delrio Adagialium, tom. 2, adagiali 18.
30. *Super me.* In corpore meo. — *Caumate.* Propter vim caumatis, id est, ardoris.
31. *Cithara.* Gaudium. — *Organum.* LXX, *psalmus*, quasi dicat: Lætus canebam, mœstus fleo et quæror. Prospera agebam, sed nunc miser sum et infelix.

CAP. XXXI. — 1. *Ne cogitarem. Ne respicerem*, ut habet chaldæus. Oculi dicuntur cogitare, ut etiam dicuntur desiderare: sic Ecclesiastes c. 2, n. 10, *Quæ desideraverunt*, inquit, *oculi mei, non negavi eis.* Facilis enim transitus, et valde frequens ab aspectu ad cogitationem et desiderium.

2. Quam enim partem haberet in me Deus desuper, et hæreditatem Omnipotens de excelsis?
3. Numquid non perditio est iniquo, et alienatio operantibus injustitiam?
4. Nonne ipse considerat vias meas, et cunctos gressus meos dinumerat?
5. Si ambulavi in vanitate, et festinavit in dolo pes meus,
6. Appendat me in statera justa, et sciat Deus simplicitatem meam.
7. Si declinavit gressus meus de via, et si secutum est oculos meos cor meum, et si manibus meis adhæsit macula;
8. Seram, et alius comedat; et progenies mea eradicetur.
9. Si deceptum est cor meum super muliere, et si ad ostium amici mei insidiatus sum;
10. Scortum alterius sit uxor mea, et super illam incurventur alii.
11. Hoc enim nefas est, et iniquitas maxima.
12. Ignis est usque ad perditionem devorans, et omnia eradicans genimina.

2. Quelle union Dieu aurait-il avec moi? et quelle part le Tout-Puissant *me donnerait-il* à son céleste héritage?
3. Ne perdra-t-il pas les méchants? et ne rejettera-t-il pas celui qui commet l'injustice?
4. Ne considère-t-il pas mes voies? et ne compte-t-il pas toutes mes démarches?
5. Si j'ai marché dans la vanité, et si mes pieds se sont hâtés pour dresser des piéges *aux autres*,
6. Que Dieu pèse mes actions dans une balance juste, et qu'il connaisse la simplicité de mon cœur.
7. *Qu'il examine* si mes pas se sont détournés de la voie, si mon cœur a suivi *l'attrait de* mes yeux, et si quelque souillure s'est attachée à mes mains.
8. Que je sème, et qu'un autre mange; et que ma race soit retranchée jusqu'à la racine.
9. Si l'égarement d'une femme a séduit mon cœur, et si j'ai dressé des embûches à la porte de mon ami,
10. Que ma femme soit déshonorée par un autre, et qu'elle soit exposée à une prostitution honteuse.
11. Car l'adultère est un crime énorme, et une très-grande iniquité.
12. C'est un feu qui dévore jusqu'à une perte entière, qui extermine jusqu'aux moindres rejetons.

mer les regards lascifs des yeux qui entraînent aisément le cœur dans le crime. Car Eve n'aurait pas touché au fruit défendu, si elle ne l'avait auparavant regardé d'un œil inconsidéré. C'est pourquoi, pour conserver le cœur pur, il faut veiller sur la garde de ses sens; car quelque vigueur qu'ait l'âme, si les sens qui sont charnels et qui l'obsèdent sans cesse ne sont réprimés, ils l'entraînent infailliblement dans le désordre (Sacy).
11. *Hoc enim nefas est.* Dans la loi de Moïse, l'adultère est puni de mort. Job va, sur la foi du serment, assurer qu'il n'a manqué ni de bonté envers les domestiques, ni de charité à l'égard des pauvres, qu'il a toujours été juste envers le faible, qu'il n'a pas perdu de vue un seul instant la crainte de Dieu, qu'il n'a pratiqué aucune superstition idolâtrique, qu'il est allé jusqu'à aimer ses ennemis, au lieu de s'en venger, qu'il a été en tout droit, humble et sincère, qu'il n'a point agrandi ses propriétés au détriment de son voisin, et qu'il n'a jamais retenu le salaire à l'ouvrier qu'il a employé. S'il énumère ainsi le bien qu'il a fait, ce n'est pas par vanité, mais pour répondre à ses ennemis qui s'obstinaient à voir en lui un homme injuste. Notre Seigneur Jésus-Christ ne craindra pas de protester ainsi de son innocence en face de ses ennemis, en leur disant: *Quis ex vobis arguet me de peccato?*

2. *Partem... et hæreditatem.* Cum turpis cogitatio cor hominis contaminet, quomodo, si illas ad animum admitterem, divinam mihi præsentiam, familiaritatem et inhabitationem in corde meo pollicerî possem!
3. *Perditio.* Perniciès, calamitas, interitus. — *Alienatio.* A Deo, nam qui impuritati serviunt se a Deo separant, et Deus etiam illos a se rejicit, nisi resipiscant.
4. *Nonne ipse considerat.* Semper ab omni turpitudine abhorrui, ea etiam ductus causa, quod omnia quæ fiunt aut cogitantur oculis tuis aperta esse non ignorabam. Alii hoc putant a Jobo dici, quasi in testem veritatis eorum quæ de se mox est dicturus invocando.
5. *Si ambulavi.* Pro non ambulavi, seu absit ut ambulaverim. Porro *ambulare in vanitate* est mendacem esse, aut fraudes et dolos nectere, quod allera pars hemistichii, quæ sequitur, satis ostendit.
6. *In statera justa.* In statera sua justa. In statera justitiæ. — *Sciat Deus.* Loquitur humano more, quasi Deus aliquid de novo cognoscat; vel sensus est, apparere faciat.
7. *Declinavit... de via.* Rectitudinis, aut divinæ voluntatis aut legis. — *Secutum est oculos meos cor meum.* Hebr. *si abiit cor meum post oculos.* LXX, *si oculo obsecutum est cor meum*, hoc est, si interius optavi quæ exterioribus oculis vidi. — *Manibus meis.* Operibus meis. — *Macula.* Peccati labes.
9. *Deceptum est cor meum.* Si turpi mulieris amore captus sum. — *Insidiatus sum.* Ejus uxori.
10. *Sit.* Non recuso quin sit, vel mereor ut sit. — *Super illam incurventur.* Pudenter res turpis dicitur.
11. *Hoc enim nefas est.* Adulterium enim, quod me non admisisse dixi, magnum est scelus, magna iniquitas.
12. *Ignis est.* Quia omnis amor calefacit, aut urit; quia qui turpi amore flagrant bona sua frequenter perdunt, dum amicis largius donant; quia libidini multum indulgentes fere liberos non suscipiunt, eorumque stirps quasi igne ambusta sobolem non procreat, quod quæ hoc versiculo sequuntur significare videntur, *omnia eradicans genimina;* quia olim adulteris rogus parabatur. Vide Gen. 38, 24. Tandem quia adulterium, vel illius suspicio, zelotypiæ ignem excitat inter conjugatos.